[1] Daß der Brief ins Jahr 1531 und nicht mit Schlegel ins Jahr 1539 zu setzen ist, ergibt sich aus den folgenden Noten.
[2] nicht, wie de Wette angibt, an Eberh. Steinbach, der nach Seckend. II, p. 102 einer der beiden Diakonen war, vielmehr an Eberh. Schaubis, der als Pfarrer zu Nicolai mit Spalatin und Brisger das Stadtministerium bildete, ist dieser

Brief mitgerichtet. Schaubis wurde 1533 nach Borna versetzt (war also 1539 nicht mehr in Altenburg). Vgl. Mitth. des Osterl. V, 342; VI, 479; VII, 44[29].

[3] von Hof; schon vor Löner und Medler (vgl. Nr. 1893[1]) vertrieben?

[4] Herzog Georg I. von Pommern, der die Reformation bisher gehindert hatte, war am 9. Mai 1531 gestorben. Sein Nachfolger, der am Hofe seines Oheims, des Kurfürsten Ludwig von der Pfalz, in Heidelberg erzogene Herzog Georg, damals 15jährig, wurde geleitet durch seinen Oheim, Herzog Barnim von Pommern (vgl. Nr. 197[25]), der bisher der Reformation nur heimlich zugethan war aus Furcht vor seinem Bruder (vgl. Seckend. III, 141).

(Wittenberg.) Nr. 1913. 10. Juli 1531.

Luther an Hieronymus Nopus[1] in Zwickau.

Handschriftlich: 1. Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 133[b]; 2. daselbst, Gud. 214. f. 7[b] (ohne Adressaten); 3. Zerbst, Cod. Dessav. C. (von Ant. Lauterbachs Hand); 4. Dresden, Cod. C. 351. f. 72 (vom J. 1532); [5. Cod. Jen. b. f. 162; 6. Gotha, Cod. 451. f.; 7. Zwickau, Memorialbuch des Rathsarchivs, vgl. de Wette-Seidem. VI, 487[3]]; — Drucke: 8. Budd. 233 (an Corbatus); 9. de Wette IV, 274 (an Corbatus). — Deutsch, ohne Adressaten: Wittenb. IX, 469; Jen. V, 362; Altenb. V, 590; Leipz. XXII, 374; Walch X, 1878; Etl. Trostschr. 1554. Bl. 88.

Venerabili Domino, fratri Hieronymo N[opo][2], ministro verbi et graecae linguae apud Cygneos professori evangeliique confessori.[a]

Gratiam et pacem in Christo. Vidi literas tuas ad Pastorem[b] Dominum Nicolaum Hausmannum datas, charissime frater, et gavisus sum, videns[c] tuum zelum fidelem et sollicitudinem studiosam, denique et dolorem tuum[d] intellexi, quem pateris ob absentiam Pastoris. Christus roboret et soletur cor tuum, donec res favente Deo finem suum sortiatur. Satis habent interim pii fratres nostri[e] apud vos, dum tu ades cum sociis fidelibus. Nam Pastori[f] integrum non est Senatus vestri silere vel approbare temeritatem et iniquitatem, praesertim

cum velint justificare peccatum. Nam remissio peccatorum valet tantum in agnitis peccatis, et tolerantia injuriae[g] tantum in iis valet, qui hostes verbi sese[h] profitentur; fratrum peccata non licet ferre, sed arguere oportet, Matth. 18, 17. Si ergo volunt fratrum nomine gloriari, agnoscant peccatum et patiantur sese argui. Si volunt defendere peccatum[i], profiteantur sese[k] hostes, et mox contenti erimus, omnia ferre parati ab ipsis tanquam hostibus. A fratribus ferenda non sunt, ut vides. Sustine tantum, dum Princeps dederit sententiam[3]. Christus, si digni fuerint Cygnei, dabit felicem exitum hujus tragoediae, vel[l] nos liberabit ab istis Centauris. Gratia Dei tecum. Et saluta socios ministerii et omnes fratres, ac pro me imbecilli orate. Feria 2.[m] post Kiliani[n] 1531. Singulariter salutabis mihi Dominum D. Stephanum[4] physicum, et hortare[o] ad patientiam breviusculam[p].

T. Martinus Luther.

[a] Adresse nach 3 und 7. — [b] Pastorem fehlt 1. — [c] vidi 6. — [d] tuum fehlt 2. — [e] nostri fehlt 2. 4. — [f] pastoribus 6. — [g] injuriis 2. — [h] se 4; esse 6. — [i] et patiantur etc. fehlt 4 (wohl aus Versehen des Abschreibers). — [k] esse 6. — [l] et 1. 6. — [m] Die Lunae 1. — [n] Juliani 4. — [o] adhortare 1. — [p] Singulariter etc. fehlt 2. 4. 5. 8.

[1] Daß dieser Brief nicht an Cordatus gerichtet sein kann, wie Budd. und de Wette angeben, ergibt sich daraus, daß dieser bereits seit Ende Mai in Wittenberg bei Luther war, vgl. Nr. 1889[6]. Am 26. Juni schreibt Link an Hausmann (l. c.): Saluta D. Cordatum reverenter. Illius praeclaras accepi literas . . . per quendam artificem ex Altenburgo, quibus expressit tam suum quam tuum exilium.

[2] Hieron. Nopus, aus Herzogenaurach bei Erlangen gebürtig, inscrib. 1. Juni 1519 (Hieronimus Nopus de Hertzhermerach [verschrieben oder verlesen) dioc. Herbip., Alb. 82), war von 1519—1537 Lehrer des Griechischen an der Zwickauer Schule, dann bis 1543 Rector in Schneeberg, von wo er, nachdem er in Wittenberg Dr. th. geworden, als gubernator et summus inspector Ecclesiae nach Regensburg kam. Von hier wurde er durch das Interim vertrieben. Im Begriff, nach Regensburg zurückzukehren, starb er auf der Durchreise in Nürnberg am 9. Aug. 1551. Vgl. Melzer, Schneeb. Chron.; Ludwig, Schulhist. V, 140; Stud. u. Krit. 1886, 569; N. Arch. f. sächs. Gesch. XI, 72[86]; Serpilius in der Vorr. zu

Kindervaters Nordhus. illustr.; Förstemann, lib. decan. 33.

[3] Auf den 3. August war Termin zur Verhandlung in Torgau angesetzt, vgl. Nr. 1896[3].

[4] Stephan Wild, vgl. Nr. 399[11].

(Wittenberg.) Nr. 1914. 13. Juli 1531.

Luther an Bernhard von Dölen[1] in Sitten.

Drucke: 1. Unsch. Nachr. 1733, 13; 2. Kamprad, Leisniger Chron. 1753. S. 327; 3. Strobel-Ranner 194; 4. de Wette IV, 275. — Deutsch: Walch XXI, 1233.

Venerabili in Domino viro, Bernhardo a Doelen, Pastori in Sitten, suo in Domino fratri.

Gratiam et pacem in Christo. Salutat te, mi Bernharde, mea Domina Ketha, ... Haec ipsa jussit ad te scribere. Caetera, quae de ministrorum verbi negligentia et rusticorum contemptu scribis, nimis vera sunt; utique patientia nobis non solum utilis, sed etiam, ut hactenus vidimus, necessaria est. De conjugio laudo voluntatem tuam, sed vide, ut nullo modo nuptias perficias, nisi perfecta domo parochiae, ut solus cum sola vivere possis. Nam res intolerabilis est cum uxore in alterius domini aedibus morari. Virginem illam Hannam Zetschin satis novi, de probitate et bonitate ingenii satis spero, tum de disciplina certus sum, quia sub rigida magistra fuit, omnia discere et facere et pati domestica, ut eam arbitrer in re familiari probe exercitam et peritam; sed tamen nolim meo judicio credas, nihil permittas cuiquam, donec ipsam puellam videris per occasionem quamcumque. Nam forma corporis non est admodum excellens, sed mediocris, si qua forte et in hac parte prospicere tibi volueris. Vale in Domino bene, et ora pro me. Nos satis adhuc valemus Dei dono. Die Margarethae 1531.

[1] vgl. Nr. 1842[2].

(Wittenberg.) Nr. 1915. 14. Juli 1531.

Luther an Spalatin in Altenburg.

Original: 1. Anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: [2. Cod. Jen. a. f. 760]; — Drucke: 3. Budd. 230; 4. de Wette IV, 276. — Deutsch: Walch XXI, 1231. — Wir geben den Text nach 1.

Optimo viro, D. Magistro Georgio Spalatino, Episcopo Aldenburgensi, suo in Domino fratri charissimo.

Gratiam et pacem in Domino. Scripsi tandem Comiti seu Principi ab Anhalt[1], praefecto Coburgensi, pro M. Georgio Mohr[2], mi Spalatine; utinam vacet vel in brevi aliqua sibi commoda vocatio istic. Ego nullam adhuc scio. Deinde meum in arce Coburgensi Pastorem[3] statui istinc avocare in hanc regionem, si potero. Adeo non vacant istic vocationes, ut nec ipse sit adhuc provisus optimus vir. Sed et M. Feselius[4], cui Princeps nobis coram existentibus[5] contulit habitaculum in monasterio[6], sed supervenit latrunculorum[7] unus et obtinuit, illo coacto in suum antrum pristinum, ubi cum liberis et conjuge, velut in carcere habitat. Also gehets ministris Dei fidelibus! Die Scharrhansen regiern; Gott helf uns, Amen. In Christo vale cum catena tua suavissima, quam gravidam esse rumor ad nos attulit, quod faxit Deus, Amen. Feria 6. post Margarethae 1531.

T. Martinus Luther.

[1] Fürst Wolfgang von Anhalt (Schlegel, vit. Langeri 12).

[2] M. Georg Mohr, bisher Prediger zu Borna (vgl. Nr. 1501[4]), wurde Prediger in Rodach.

[3] vgl. Nr. 1878[2]. — [4] vgl. Nr. 1827[1]. — [5] jedenfalls bei der Rückkehr des Kurfürsten vom Augsburger Reichstag, Sept. 1530.

[6] im Franziskanerkloster (Schlegel l. c. 155).

[7] einer vom Adel.

Torgau. Nr. 1916. 14. Juli 1531.

Kurfürst Johann von Sachsen an Luther.

Antwort auf 3. Juli.

Original-Concept: [1. Weimar. Ges.-Arch., Reg. OO. p. 792. Grimma]; — Druck: 2. Burkhardt 195.

Unsern Gruß zuvor. Ehrwirdiger und Hochgelahrter, lieber Andächtiger! Nachdem Ihr vor wenigen vergangenen Tagen uns Doctor Staupicz Schwester halben, welche des Häusleins zu Grym, so wir ihr aus Gnaden verschrieben[a], von den verordenten Sequestratoren hat entsatzt wollen werden, geschrieben, als haben wir darauf, weil wir uns in der beschehenen Bewilligung die Häuslein, so wir den Armen in Städten und Dorfern aus Gnaden vorschrieben, daß domit kein Veranderung gemacht werden sollt, neben andern furbehalten, zu dem, daß unser und der Landschaft Gemuth nit gewest, daß in dem, so wir und so die Visitatores zu milden Sachen geordent, einige Zerraitung oder Veränderunge soll furgenommen werden, als auch sulchs keinswegs beschehen, verschafft und befolhen, daß sie dabei unverhindert bleiben und gelassen werden soll; wollten wir Euch gnädiger Meinung nit uneroffnet lassen. Datum Torgau, am Freitag nach Margarethä Anno 1531.

[a] ? verschreiben 2.

(Wittenberg.) Nr. 1917. (28. Juli 1531.)

Luther an Joh. Brenz.

(Nachschrift zu einem Brief Melanchthons.)

Original: [1. München, Cod. I, p. 381]; — Druck: 2. Corp. Ref. II, 517.

Salutat te Lutherus peccator.[1]

[1] Luther setzte diese wenigen Worte, statt eines besonderen Briefes, unter den Brief Melanchthons vom 28. Juli, in welchem dieser auf Brenzens Brief vom 30. Juni (Nr. 1904) antwortete und ihm seine und Luthers Zustimmung zur Recht-

fertigungslehre mittheilte (Placuit et Luthero et mihi tua epistola, visusque es recte et sentire et loqui).

(Wittenberg.) Nr. 1918. 29. Juli 1531.

Luther an Kurfürst Johann von Sachsen.

Infolge des zwischen dem Kurfürsten und dem Herzog Georg von Sachsen zu Grimma geschlossenen Vergleichs hatte der Kurfürst Luthern aufgefordert, sich fortan des scharfen Schreibens wider Herzog Georg zu enthalten, was dieser auch verspricht, sofern Herzog Georg ihn auch zufrieden lasse.

Gedruckt: Erl. 54, 240, Nr. 372, und den dort angef. Orten.

[1] S. 241, Z. 6. Friede und Vertrag, neulich zu Grimma], der sog. Grimmaische Machtspruch; vgl. darüber Spalat. Vitae aliquot Elect. Sax. bei Mencken II, 1125: Eodem anno [1531] . . . . . factum est, ut delecti ex subjectis utriusque Principis, Johannis Electoris et Georgii Sax. Ducis, viri quidam graves, Dominica post Petri et Pauli [4. Juli] Grimmam convenirent, ibique ad tertiam hebdomadem consilii conferrent. Quae res tam feliciter successit, ut omnes controversiae, imprimis de moneta [vgl. Nr. 1429 [a]], de fodinis metallorum et feudis tandem prorsus transigerentur, interque Principes ipsos tanta pax et concordia coaluerit, quanta quadraginta retro annis inter eos non intercesserat. — Auch wurde beschlossen, daß beide Fürsten ihren Gelehrten und Predigern verfügen wollten, daß diese sich der schmähenden Schriften und Reden enthielten. (Seidemann, Beitr. I, 117). — Vgl. weiter Struve, Arch. III, 177; Joh. Seb. Müller, Annal. Saxon. 86; Seckend. III, 16; Sächs. Merkw. 455; Seiffert, Ref. v. Leipz. 122 [10].

(Wittenberg.) Nr. 1919. 13. August 1531.

Luther an den Rath zu Braunschweig.

Luther ermahnt den Rath, auf die Einigkeit in der Lehre vom Sacrament zu halten, und warnt vor dem zwinglisch gesinnten Prediger Johann Kopmann.

Original: [1. Braunschweig, Stadt-Archiv]; — **gedruckt:** 2. Erl. 54, 241, Nr. 373 und den dort angeführten Orten; ferner: 3. Braunschweiger Anzeiger, 1751, S. 1729 (frühester Druck; nach 1).

[1] Erl. S. 242, Z. 1. Joh. Kopmann] trat 1524 als Kaplan der Liebfrauenkirche in Braunschweig als Gegner der Papisten auf; von Bugenhagen zum Pfarrer an dieser Kirche eingesetzt, neigte er nachher den Zwinglianern zu, und mußte von seiner Stelle weichen; über seinen Ehrgeiz und seine Sünden wider das sechste Gebot vgl. Hamelmann, opp. gen.-hist. 912; Rehtmeyer, Braunschw. Khist. III, 73. Ueber die schon 1528 beginnenden Sacramentsstreitigkeiten der braunschw. Prediger vgl. Rehtmeyer l. c. — Bindseil, suppl. ad CR. S. 84. Nr. 107 verwechselt ihn mit dem Antitrinitarier Joh. Campanus.

[2] Z. 31. Johann Pomers] in Unsch. Nachr. 1760, 262 falsch: Jos. Domers; schon bei 3 die richtige Lesart.

[3] S. 243, Z. 7. E. W. Geschenken] Kolde, Anal. 418[1] notirt hierzu aus der Kämmereirechnung im Stadt-Archiv: „5 Jochimthaler geschenket D. Martinus ehelichen Husfruwen in Saken unsen Herrn bewußt, in vigilia Laurencii“ [9. August].

Wittenberg. Nr. 1920. 14. August 1531.

Luther an Kurfürst Johann von Sachsen.

Luther verspricht auf das durch den Kanzler Brück an ihn gerichtete Begehren des Kurfürsten, für ihn zu beten, das fleißig thun zu wollen; wünscht dem Kurfürsten Gottes Hut zu der bevorstehenden Reise.

Gedruckt: Erl. 54, 243, Nr. 374 und den dort angef. Orten. (Nach de Wette, der das im Weim. Arch. Reg. N. fol. 109 befindliche Original einsah, hat Luther S. 244, Z. 14. sich verschrieben, indem er statt „versorgen“ schrieb „verfolgen“.)

[1] S. 244, Z. 7. Ich will dich nicht ꝛc.] Hebr. 13, 5.

[2] Z. 8. Wirf dein Anliegen ꝛc.] Ps. 55, 23.

[3] Z. 15. Reise] de Wette bemerkt zu dieser Stelle, daß von einer Reise des Kurfürsten in dieser Zeit nichts zu finden sei. — Es müßte zuerst festgestellt werden, wo sich der Kurfürst am 14. August befand. War er in Torgau, das heißt also in der Nähe Wittenbergs, so könnte damit der Ueberzug des Hofes nach Weimar gemeint sein, wo wir den Kurfürsten in der zweiten Hälfte des August treffen (vgl. Bucholtz, Ferd. I, Bd. IV, S. 12). Damit scheint zu stimmen, daß der in Wittenberg sich aufhaltende Sohn des Kurfürsten, Herzog Ernst (vgl. Nr. 1758), Luthers Obhut bei der weiteren Entfernung des Vaters befohlen wurde. Befand sich aber der Kurfürst bereits in Weimar, so ist damit wohl die Reise gemeint, welche der Kurfürst nach Schmalkalden vorhatte, um dort mit den Kurfürsten von Mainz und von der Pfalz wegen der

Friedensunterhandlungen zusammenzutreffen, die aber nicht zur Ausführung kam, indem die Verhandlungen nur durch beiderseitige Gesandte geführt wurden (Mainz und Pfalz an den Kaiser, 7. Sept. bei Lanz, Coresp. Karls V. I, 530: avons este despoir, que nous seriems personellement parensemble comparuz a Schmalkalden. Mais pour certaines causes survenues aux autres princes et par eulx proposez . . . a este advise pour bien, que preallablement nous de toutes partyes deussiems envoyer ensemble noz conseillers).

(Wittenberg.) Nr. 1921. 14. August 1531.

Luther an Nik. v. Amsdorf.[1]

Handschriftlich: 1. Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 135; — Drucke: 2. Schütze II, 231; 3. de Wette IV, 280.

Gratiam et pacem. Rogat me M. Alexius Colditius[2], mi Amsdorffi, ut juves apud vos[a] excudi libellum suum contra Pastorem Colonicum Ducis Georgii, qui Meuchler vocatur zu Dresden. Ego non vidi libellum, nec videre volui propter pacta pacis facta proxime Grimmis. Tu nosti omnem illam[b] virulentiam, et scribet ipse tibi causas, cur hic Wittembergae excudi non possit. Vale in Domino, et ora pro me. Vigilia Assumptionis Mariae 1531.

Martinus Luther.

[a] nos 1. — [b] istam 2. 3.

[1] 1 und 2 bezeichnen in der Ueberschrift fälschlich Amsdorf als Episcopum Naumburgensem, was er erst 1542 wurde.

[2] Alexius Chrosner von Colditz, vgl. über ihn Nr. 292[1] (nachträglich: Chr. eine Zeitlang Erzieher Joh. Friedrichs von Sachsen, Casp. Sagittarii hist. Joh. Frider. Jenae 1678. p. 8). Der Pfarrer Franciscus Arnoldi zu Cöln bei Meißen (vgl. Nr. 1871[1]) hatte in seiner Schrift: Auf das Schmaebuchlein, welchs Mart. Luther wider den Meuchler zu Dreßden hat lassen ausgehen (vgl. Erl.[2] 25, 129), dem Chrosner vorgeworfen (ib. S. 146): „welcher Herzog Georgen zu Sachsen mit seinem Predigen wollt abwenden und vorkehren, do er aber minder dann nichts konnt schaffen, stahl er, wie man sagt, einen sammeten Pfül". Wider diesen Vorwurf vertheidigte sich der Angegriffene in: Glawbliche verantworttung Alexij Crosners

von Colditz ahn alle fromme Christen, einer vnglawblichen, vnerfindlichen, vnd gantz erlögnen Betzicht halben, Durchs Euangelion verursacht, wider Franciscum Arnoldi vermeynten Dorffpfarrern zcu Cöllen . . . 1531 (vgl. Erl.[2] 25, 146). Diese Schrift wollte Chrosner in Wittenberg drucken lassen, aber Luther stimmte wegen des Grimmaischen Vertrages (vgl. Nr. 1918[1]) nicht zu. Er sowohl wie Melanchthon riethen überhaupt von der Herausgabe der Schrift ab, vgl. Mel. an Spal. (CR. II, 556, in Mitte August 1531 zu setzen): Coldicius praebuit specimen hominis sibi nimium placentis in editione Apologiae, quam de pulvino instituit. Lutherus et ego dehortati sumus hominem ab editione, sed ille non potest placari etc. Die Schrift wurde in Magdeburg gedruckt. — Was Seidemann, Erläut. 155 zu unserm Brief beibringt, ist, weil ihm die Schriften Arnoldi's und Chrosners unbekannt blieben, unzutreffend.

(Wittenberg.) Nr. 1922. 15. August 1531.

Luther an Kurfürst Johann von Sachsen.

Bittet für den nach Preußen ziehenden Dr. Basil. Axt um Reisegeld.

Original: [1. Weimar. Ges.-Arch., Reg. N. f. 108. 41, vgl. Burkhardt, Brfw. 197]; — gedruckt: 2. Erl. 54, 251, Nr. 375 und den dort angef. Orten.

[1] Bas. Axt, bisher Arzt in Torgau (vgl. Nr. 995[1]), Gemahl der Eva v. Schönfeld (Nr. 646[4]), war von Herzog Albrecht von Preußen als Leibarzt berufen worden (vgl. Nr. 1858[2]).

[2] Z. 13. Dr. Caspar] Lindemann, kurf. Leibarzt.

[3] ib. Dr. Augustin] Schurf, Professor der Medicin in Wittenberg.

(Wittenberg.) Nr. 1923. 18. August 1531.

Luther an die Geistlichen in Zwickau.

Handschriftlich: [1. Zwickau, alte Abschrift, beigeheftet einem Memorialbuch des Rathsarchivs, vgl. de Wette-Seidem. VI, 639[2]]; 2. Dresden, Cod. Solger. C. 351. f. 72[b]; [3. Cod. Rostoch., vgl. Schirrmacher 21[1]; als aus dem J. 1529; 4. Gotha, Cod. 451. f.]; — Drucke: 5. Unsch. Nachr. 1721, 715 (als vom J. 1529); 6. Strobel-Ranner 195 (aus 5, aber mit richtigem Jahr); 7. de Wette IV, 287. —

Deutsch: Walch XXI, 1180 (vom J. 1529) und nochmals S. 1385 (vom J. 1531).

Venerabilibus in Domino viris[a], Joanni Gobel[1], Liborio Magdeburgensi[b],[2] Adam Schumann, ministris verbi sinceris et fidelibus[c] apud Cygneos[d].

Gratiam et pacem in Domino[e]. Notum vobis esse cupio, charissimi fratres, quod[f] me operante et aliis optimis viris collaborantibus[g], tandem vix extorsimus a Principe et Consiliariis, ut Pastorem vestrum[3] exonerarent[h] istis vestris superbis truncis. Nam valde inviti eum dimiserunt, et omnino volebant per vim illis rursus[i] obtrudere; sed nos moti ejus periculo, quod apud exacerbatas istas bestias non esset ei tutum, nec ecclesiae utile, isthic manere, tandem impetravimus, ut cum gratia dimitteretur, ista[k] adjecta conditione, ne migraret ex ditione Principis in aliud ministerium. Nam in sua ditione vult eum Princeps collocare, non inter bestias, ut isti sunt, sed inter homines saltem. Haec scribo, ut si forte istae bestiae glorientur, habeatis certam rei veritatem, quam ostendere possitis; sic enim, ut dixi, vere res habet. Pastor est in gratia et favore omnium bonorum, istae bestiae in odio, in[l] nausea, sicuti meretur eorum superbia et ingratitudo insignis. Sunt enim de numero illorum, de quibus dixit Jacob[4]: ‚Maledictus furor eorum, quia pertinax, et indignatio, quia dura, in concilium eorum[m] non veniat anima mea.' Quod si aliqui vestrum vel omnes gravemini isthic[n] manere, non dissuasero[o] discessum, nec ursero, ut maneatis. Sit vobis liberum facere cum istis hostibus et osoribus servorum Dei et evangelii, quicquid placuerit. Non estis alligati[p], ut invitis et ingratis istis duris cervicosis serviatis. Itaque consolamini vos[q] invicem in Christo, qui vobis[r] favet, etiamsi pars quaedam virulenta mundi vos[s] oderit, in quo recte valete, Amen. 18. Augusti 1531.

Martinus Luther.

[a] viris fehlt 5. — [b] † Matthiae Krotisch (Krotzsch 3) 3. 5. — [c] et fidelibus fehlt 3. 5. 7. — [d] † suis in Christo fratribus charissimis 7. Bei 2 lautet die Adresse: Venerabilibus in Christo viris, D. Johanni et ministris verb. sinc. et fid. apud Cygn. Bei 6 fehlt die Adresse. — [e] Christo 3. 5—7. — [f] quod fehlt 5. 6. — [g] laborantibus 1. 4. — [h] † ab 2. — [i] rursus fehlt 6. — [k] justa 5. 6. — [l] et 2. — [m] eorum fehlt 2. — [n] 7: vermuthlich st. isthuc. — [o] dissuadeo 2. — [p] obligati 2. — [q] vos fehlt 2; nos 5. — [r] nobis 2. — [s] nos 2.

[1] Joh. Göbel, 1524—40 Diakon, 1540—1 Archidiakon, 1541—51 (gestorben 18. Oktober) Pfarrer zu St. Moriz in Zwickau, vgl. Buchwald, Allerlei S. 20; ders. im Arch. f. Gsch. des Buchh. XVI, 22[10].

[2] Liborius Magdeburg, inscrib. 5. April 1516 (Liburgius Medeburg de Friberga dioc. Misnen., Baccalaureus Liptz.), 1529 Pfarrer zum hl. Geist in Zwickau, befindet sich 1536 und 1537, nach seinen Briefen an Steph. Roth, in Wittenberg, von Anfang 1538 an Pfarrer zu Orlamünde, wo er schon 1539 starb. Vgl. Loeber, hist. eccl., quae ephoriam Orlamund. describit. Jen. 1602. p. 169; Buchwald, Allerlei 5; derselbe im Arch. f. Gsch. des Buchh. l. c. 24[1]; ders. Wittb. Briefe Nr. 151 ff.; Hildebrand, die Hauptkirche St. Mariä in Zwickau (1842) S. 118; TR. Nr. 2964 (falsch: Liborius von Magdeb.); Bindseil, colloq. lat. I, 261; III, 241.

[3] Nik. Hausmann. Am 3. August (vgl. Nr. 1913[8]) hatte die mündliche Verhandlung in Torgau stattgefunden, bei der einerseits Luther, Melanchthon und Jonas, sowie Hausmann und Cordatus, andererseits der Bürgermeister Bärensprung sowie einige Rathsglieder anwesend waren. Der Entscheid der kurf. Commissarien war, daß fortan kein Prediger ohne Genehmigung des Landesherrn angenommen oder entlassen werde. Bald darauf erfolgte auf Antrag des Raths die kurf. Genehmigung zur Entlassung des Cordatus, sowie auch unter so bewandten Umständen dem Pfarrer Hausmann die Entlassung zuerkannt wurde. Ueber die sehr lebhafte Debatte bei der Verhandlung, bei welcher Luther und die Zwickauer hart aufeinanderplatzten, vgl. Hildebrand, Archiv l. c. 27 ff.

[4] 1. Mos. 49, 7.

(Wittenberg.) Nr. 1924. 18. August 1531.

Luther an Matthias Kroitzsch[1] in Zwickau.

Handschriftlich: [1. Zwickau, alte Abschrift, eingeheftet in ein Memorialbuch des Rathsarchivs, vgl. de Wette-Seidem. VI, 489[5]]; 2. Dresden, Cod. Solger. C. 351. f. 73; [3. Gotha, Cod. 451. f. 187]; — Drucke: 4. Unsch. Nachr. 1719, 574; 5. Strobel-Ranner 197 (aus 4 mit dem falschen Datum:

20. Aug.); 6. Schütze II, 232; 7. de Wette IV, 289. — Deutsch: Walch XXI, 1235.

Venerabili viro, Matthiae Crozsch oeconomo[a], Presbytero[b] Cygnensi[c], in Domino fratri charissimo.[d]

Gratiam et pacem. Optime Matthia, sicut vides, Pastor vester[2], optimus vir, per Principem est ab istis hominibus vestris exoneratus, magna Principis clementia. Nam timuit ejus periculo apud istos duros homines, et omnino jussit eum in ditione ejus manere. Nam cogitat eum[e] alio loco providere, sicut spero brevi futurum. Tu ergo per Christum noli perturbari, neque sollicitus esse, sed habe parumper patientiam et sine istas furias facere et gloriari. Nobis[f] sat est, quod non solum habemus Christum, quem illi oderunt et fatigant, propitium in spiritu, sed etiam Principem et optimos in aula viros faventissimos. Itaque non deserti sumus, sed maxime suscepti; tantum exspectemus[g] modicum[h]. Sie haben auch nit, was sie[i] wollen, und viel weniger, denn sie vermeinten. Odi ego[k] istam insignem superbiam et ingratitudinem istorum hominum, sed Deus reddet illis secundum sua opera[l][3]. Tu ergo interim et te una cum Pastore in Christo solare. Res est salva, Deo gratia. Deinde si Cygnei addiderint hanc quoque ingratitudinem[m], ut Pastori pro valete[4] non relaxent debita, qui tot annis servierit et tulerit[n] eos, tum conabor cooperari, ut[o] quantum possum, nullum unquam inveniant pastorem. Satis jam[p] quoque foetet eorum fama, quod[q] tales hactenus viros ferre non potuerint[r]: foetebit in dies latius. Christus sit cum omnibus vobis, Amen. Feria 6. post Assumptionis Mariae 1531.

T. Martinus Luther.

[a] so bei 2; 4 und 7 haben Bornano (was falsch, vgl. Note 1). — [b] Pastori 2. 4. 7. Statt der fehlenden Adresse hat 1: Ad Matthiam Groitzsch, presbyterum, oeconomum Husmanni; 6: Matth. Crozsch, Presbytero. — [c] † suo 2. — [d] charissimo fehlt 2. — [e] ei 6. 7. — [f] Vobis 6. — [g] expectamus 6. — [h] medicum 3; medium 6. 7. — [i] † haben 3. — [k] ergo 3. 6. — [l] opera eorum 6. 7. — [m] gratitudinem 6. — [n] servierat et tulerat 3. — [o] et 6. 7. — [p] jam fehlt 2. — [q] qui 4. 5. 7. — [r] potuerunt 4. 5. 7.

[1] Matthias Kroitzsch (Kroitscher, Groitzsch), aus einem alten Zwickauer Geschlecht stammend, war Diakon an der Katharinenkirche von 1521—1534, wo er dann weg zog (Dietmann III, 1328). Weil Luther an ihn besonders schrieb, so wird er mit Recht unter den Adressaten des vorigen Briefes fehlen.
[2] Nik. Hausmann. — [3] 2. Timoth. 4, 14.
[4] vgl. hierüber zum Brief an Hausmann, 31. Oktober.

(Wittenberg.) Nr. 1925. 18. August 1531.

Luther an Wenc. Link in Nürnberg.

Handschriftlich: 1. Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 135; — Drucke: 2. Schütze II, 165 (mit falschem Jahr: 1530), und nochmals 3. II, 233 (mit richtigem Jahr); 4. de Wette IV, 290.

Gnad und Friede. Mi Wenceslaë, rogo, ut feras non inique, quod breviter scribo. Sic res est, obruor, obrutus sum, obrutus ero, ut video, donec vivam. Dic etiam Osiandro, me brevi ad ipsum quoque scripturum[1] esse de re, quae me et movet et digna est, quia feruntur esse arma in Germania inferiore[2]. Ora pro me, mi Wenceslaë. Apud nos cometa[3] ad occidentem in angulo apparet (ut mea fert astronomia) tropici cancri et coluri aequinoctiorum[a], cujus cauda pertingit ad medium usque inter tropicum et[b] ursae caudam. Nihil boni significat. Christus regnet, Amen. 18. Augusti 1531.

T. Martinus Lutherus.

[a] aequinoctium 2. — [b] et fehlt 2. 4.

[1] Der Brief, wenn geschrieben, fehlt.
[2] Luther bezieht sich hier auf die Anwerbungen von Truppen seitens des vertriebenen Christian II. von Dänemark, mit welchen er sein Reich wiederobern wollte. Der am 15. Oktober 1531 von Holland aus unternommene Einfall in Norwegen endete mit der Gefangennahme Christians.

[3] Es war der berühmte Halley'sche Komet, dessen erste constatirte Erscheinung 1456 stattfand, welcher auch 1835 sichtbar war und 1910 wiederkehren wird (vgl. Littrow, Wunder des Himmels[5], § 153). Er erschien am 14. August und war bis zum 3. Sept. sichtbar. Cursus ejus fuit per trientem Zodiaci, quem Cancer, Leo, Virgo et Libra efficiant, in quo postremo

apparere desiit (Kerssenbrock, bell. anabapt. ap. Menck. III, 1514). Er erregte ungeheures Aufsehen (vgl. z. B. Mel. an Camerar, CR. II, 518. 537; Joh. Agricola an Mel., Bindseil, suppl. ad CR. 521), Joach. v. Watt in St. Gallen beobachtete ihn genau (vgl. Schweiz. Museum 1784, 535), Fr. Nausea verfaßte über ihn eine König Ferdinand gewidmete Explanatio super hujus anni 1531 et quolibet alio Cometa (auch als lib. 6 seiner Libri Mirabilium VII. 1532). Georg Sabinus besang ihn (Eleg. lb. III. Nr. 8. ad Erasmum Ebnerum Noribergensem, in Poëmat. p. 78) und schließt mit den Worten: Semper adhuc diri quoties ursere cometae, Certa secuturi signa fuere mali; so brachten ihn denn auch die Zeitgenossen in Zusammenhang mit dem verunglückten Zug Christians (man sah einen großen Kometen, de des koninges Christiani toch unde syne gefengnisse heft gewyssaget, Lappenberg, hamb. Chroniken S. 291).

(Wittenberg.) Nr. 1926. 24. August 1531.

Luther an Herzog Albrecht von Preußen.

Luther äußert seine Meinung über des Herzogs Apologie oder Verantwortung gegen den Deutschmeister Walther von Cronberg, die ihm zu weitläufig dünkt. — In der Einlage empfiehlt er den nach Königsberg reisenden Arzt, ferner seinen Schwager Hans von Bora dem Herzog, und verspricht an Dr. Brismanns Statt einen anderen Prediger nach Liefland zu schicken.

Gedruckt: Erl. 54, 252, Nr. 376, und den dort angef. Orten.

[1] Z. 3. Apologie] Nach der Säcularisation Preußens hatten die außerpreußischen Ordensglieder den Comthur zu Frankfurt a. M., Walther von Cronberg, zum Deutschmeister und Administrator des Hochmeisteramtes in Preußen erwählt, der seinen Sitz zu Mergentheim nahm. Der Kaiser hatte ihn am 18. Januar 1527 bestätigt, auf dem Augsburger Reichstag feierlich belehnt, und am 14. Nov. 1530 ein Strafmandat gegen Albrecht erlassen, worin er ihn aufforderte, das Land Preußen an Cronberg abzutreten oder innerhalb 90 Tagen vor dem Kammergericht zu erscheinen und seine Gründe anzugeben, weßhalb er zu dieser Abtretung nicht verpflichtet sei. Albrecht ließ sich von seinem Lehnsherrn, dem König Sigismund von Polen, verbieten, dem Mandat des Kaisers Folge zu leisten, und sandte eine voluminöse, aus 214 Artikeln bestehende Rechtfertigungsschrift gegen die Beschuldigungen Cronbergs an die Stände des Reiches. Diese ist es, welche Luther hier zu weitläufig findet. Auch an Laz. Spengler in Nürnberg

wandte sich Albrecht am 10. Oktober um seine Meinung, und auch dieser erklärte sich mit den Ausführungen der Apologie nicht einverstanden. (Beide Briefe bei Haußdorff, Spengl. 96 und 101.) Der Kaiser kümmerte sich nicht um diese Rechtfertigungsschrift, sondern sprach am 19. Januar 1532 die Reichsacht über Albrecht aus (vgl. Tschackert, Urkb. I, 180—182), die freilich in Preußen wirkungslos blieb.

[2] Z. 10. Doctor Basilius] Axt, vgl. Nr. 1922. Er verstarb als Leibarzt des Herzogs am 9. März 1558. Erläut. Preußen IV, 14, daselbst auch seine Grabschrift in der Kirche zu Löbenicht (= Neustadt Königsberg).

[3] S. 253, Z. 2. Astus] ist zu lesen: Axtus.

[4] Z. 6. sein Weib] vgl. Nr. 1922 [1].

[5] Z. 8. Hans von Bora] war 1525 auf Luthers Empfehlung in den Dienst Albrechts nach Memel gekommen, kehrte aber noch im Jahre 1531 nach Sachsen zurück und kaufte das Gut Zülsdorf (zwischen Borna und Pegau). Vgl. Seidemann im Sächs. Kirchen- und Schulbl. 1857, 91; v. Hirschfeld in Beitr. zur sächs. Kgsch. II, 104.

[6] Z. 16. Dr. Brismann] seit 1527 in Liewland (vgl. Nr. 1524 [1]), kehrte im Jahre 1531 nach Preußen zurück.

[7] Z. 19. die guten Leutlein] die Gemeinde von Riga, vgl. den folgenden Brief. Der Brief der Gemeinde selbst fehlt.

(Wittenberg.) Nr. 1927. 24. August 1531.

Luther an Joh. Brismann (in Königsberg).

Original: [1. Königsberg, Wallenrodtsche Biblioth.]; — Drucke: 2. Vogler l. c.; 3. Acta Boruss. I, 808 (aus 2); 4. Strobel-Ranner 198 (aus 3); 5. de Wette IV, 292; 6. Ripke l. c. S. 64. Beil. VIII (nur theilweise und ohne Angabe der Quelle).

Optimo viro, D. Joanni Brismanno, Theologiae Doctori, ministro Christi fideli, suo in Domino fratri charissimo.

Gratia et pax tibi in Christo.[a] Gratulor, mi Brismanne, tibi e Livonia in Prussiam reduci[1], sed quod in locum tuum petis alium suffici, idem a me petierunt ipsi Rigenses[2], et nunc etiam petit Princeps Albertus. Sed ubi sunt, qui idonei sunt[b], aut qui velint? Circumspicio undique et penuria talium

ubique est magna. Tempus est dicendi Principibus et Civitatibus de ministris verbi: tene quod habes, ne alius accipiat tuum Pastorem. Sunt quaedam urbes, quae duobus annis caruerunt concionatoribus. Tamen agam sedulo, ut aliquem moveam loco, et isthuc trudam[c], Christo favente.

Commendo tibi hunc novum in Prussia virum, Doctorem Basilium[3] cum uxore[4], quos tibi notos esse arbitror. Ipsa monialis meae uxoris sodalis fuit, ipse apothecarius Lucae[5] pictoris; omnia ex ipso audies[d].

Tu vale bene, et ora pro me. Nam breviter scribere cogit multitudo occupationum, praesertim absente Pomerano. 24. Augusti 1531.

T.[e] Martinus Luther.

[a] fehlt 4—6. — [b] sint 6. — [c] tradam 6. — [d] Commendo etc. fehlt 6. — [e] D. 6.

[1] Brismann fühlte sich, trotz aller gerechten Anerkennung, die er fand, nie ganz wohl in Riga. Er schreibt im Jahre 1530 an den Landvogt in Samland, Mennicke von Schierstädt (Gebser, epp. Brism. 1837. p. 5): „Ich bin wahrlich Liebland ganz und gar müde, und wiewohl ich sonst Krankheit halben und allerlei Beschwerung und Strenge der Luft mit großem Verdrieß in Liebland bisher gewesen bin, . . . so ist doch jetzund in diesen geschwinden fährlichen Läuften meine Beschwerung dreimal größer worden. Ich weiß, so es etliche draußen in deutschen Landen wüßten, würde es Gott durch sie schicken, daß ich zu ihnen berufen würde. Derhalben weil ich allhie bin, begeb ich mich auch nicht in Preußen; wo es aber die Herrn in Preußen thäten und mich beriefen, als nämlich eine Stadt von wegen der Gemeine oder ein anderer, würd ich mich in Preußen zu ziehen nicht wegern." Diese Aufforderung kam ihm, als er von der Stadt Kneiphof-Königsberg am 5. Febr. 1531 zum Domprediger berufen wurde, und er kehrte, obgleich Herzog Albrecht sein Scheiden aus Riga ungern sah, nach Königsberg zurück, wo er am 13. Juni 1531 eintraf. Vgl. Ripke l. c. 16; Tschackert, Urkb. I, 179. Aber auch nach seinem Weggang blieb er mit Riga noch in Verbindung: so wird er nach dem Tode Andr. Knopkens ersucht, einen andern Prediger zu schicken (Jurg. Padels Tageb., in Mitth. aus der livl. Gsch. Bd. 13. H. 3. S. 303); auch sein eigener Tod wird am 4. April 1550 der Gemeinde in Riga von der Kanzel herab mitgetheilt, und Gott gedankt für die viele Frucht, die er hier geschafft (ib. 339).

[2] fehlende Briefe, vgl. Nr. 1926.
[3] Arzt, vgl. Nr. 1926[2]. — [4] vgl. Nr. 1922[1].
[5] Luc. Cranach; über seine Apotheke vgl. Nr. 303[3].

Ansbach. Nr. 1928. 25. August 1531.

Markgraf Georg von Brandenburg an Luther und Melanchthon.

Beantwortet 14. September.

Original-Concept: [1. Nürnberg, Kreis-Arch., Ansb. Religionsacten XI, f. 256]; — handschriftlich: 2. alte Abschrift im Besitz von Stadtdecan Zittel in Karlsruhe; — Druck: 3. Kolde in Ztschr. f. Kgsch. XIII, 325 (aus 1).

Von Gottes Gnaden Georg, Marggrafe zu Brandenburg ꝛc. Wirdigen[a], Hochgelehrten, Lieben, Besondern! Nachdem unser christlich Visitation-Ordnung[1], der wir uns mit den ehrsamen, weisen, unsern lieben Besondern, Burgermeistern und Räthe zu Nuremberg vergangner Jahre[b] verglichen haben, die Messen, wie mans nennt, in unsern Pfarrkirchen dermaßen abgangen[2], daß kein Meß gehalten wurdet, dann wann Communicanten vor Augen sind, die das heilig Sacrament des Leibs und Bluets Christi empfahen, also daß gemeiniglich[c] nur an Sonntagen und andern hohen Festen Meß gehalten werden; nun kombt uns aber fur, wie daß nit allein das gemein Volk, sonder auch etlich hohes Standes ganz roch[d] und loß[e] werden, an den Werken- und andern gemeinen Feiertagen in die Kirchen zu gehen, ob man wohl dieselben Tag auch Gottes Wort predigt und ander christliche Gesäng thuet, welchs dann von etlichen dahin vorursacht wurdet, als sollt es deß[f] Schuld sein, daß nit alle Tag Meß gehalten werde, ob gleich nit allewegen Communicanten vorhanden seien. Dieweil wir dann je gerne recht thun und regiern, auch ein Christ sein, das Volk von seinem verruchten Wesen abziehen und in rechtem Gottesdienst erhalten, auch ganz ungern wider Gottes Wort und[g] unser Gewissen ichts handeln oder zulassen wollten, und nun etlich davon[h] disputirn, ob wir mit Gott und guetem Gewissen die täglichen Messen ohn Communicanten in unsern

Fürstenthumben wieder aufrichten und halten lassen mögen[3]: so ersuchen wir euch hochst Fleiß guetlich bittend, ihr wollet uns[i] in solchem eurn getreuen christlichen Rath aus Grund heiliger gottlicher Schrift mittheiln, und euch nit beschwern, uns denselben nach der Länge zuzuschreiben, mit so guetwilligem Erzeigen, wie wir uns zu euch versehen und ganz genädiglich erkennen wollen. Hiemit und zu allen Zeiten Gottes ewigen Gnaden, Schutz und Schirm befohlen. Datum Onolczbach, am Freitag nach Bartholomaei Apostoli, anno etc. 31.

An Doctor Martin Lutern, und
Magistern Philippum Melanchthon
samptlich und sonderlich.

(In simili forma an H. Johann Brenzen.)

[Nachschrift.][k] Wirdiger, Hochgelehrter, Besonder, Lieber! Wiewohl uns H. Johann Prentius, Prediger zu Swebisch-Halle, uf dergleichen Frage geantwurt hat, daß die täglich Meß ohn Communicanten nit allein das rochlos Volk nit besser machen, sonder dazu vorgebens, unnutz und gottslästerlich, auch derhalben bei den[l] Christen nit wieder aufzurichten, noch zu geduldenn seien, so bitten und begehren wir doch hierinnen sonderlich eurs judicium aus heilger gottlicher Schrift und wahren Berichts, wie es in diesem Fall zu Wittenberg und in andern Städten des Churfurstenthums zu Sachsen gehalten werd, und wollen das zusampt gebuhrlicher Belohnung oder Verehrung gnädiglich gen euch erkennen. Dat. ut in litera.

Nota. Nachdem der Brief gein Wittenberg zufälliger Botschaft halben so lang hie in der Kanzlei blieben, bis des Brenzen Antwort[4] hieher kommen, ist den Theologen zu Wittenberg dieser Zettel mit Rathe Doctor Hellers eingelegt.

An Doctor Martin Luthern und Magister Philippum Melanchthon samptlich und sonderlich, daß sie meinem gnädigen Herrn Marggraf Georgen zu Brandenburg 2c. ihren getreuen Rath mittheiln, ob sein furstlich Gnad die Meß in ihrer f. Gn. Furstenthumb alle Tag halten soll oder nit.

[a] Wirdiger [sic] 1. 2. — [b] vorgangenes Jahr 2. — [c] gemaingslich 1. — [d] = roh. — [e] = laß (wie Luther auch in seiner Antwort schreibt). — [f] „deß" fehlt 2. — [g] oder 2. — [h] „davon" fehlt 2. — [i] † nun 2. — [k] Die Nachschrift fehlt 2. — [l] beiden 3.

1 vgl. über sie Nr. 1885. 1886.
2 Auf Wunsch der markgräfl. Theologen war in den Entwurf der Kirchenordnung aufgenommen worden, daß der tägliche Gottesdienst aus Bibellection, Predigt, Gebet, Litanei und Gesang, ohne Messe bestehen solle; der Nürnberger Rath dagegen hielt mit Entschiedenheit an der täglichen Messe fest. Allein eine Zeitlang schien der Markgraf den Nürnbergern nachzugeben und erwog die Wiedereinführung der täglichen Messe. Während die KO. in Nürnberg der Berathung unterstand, wandte er sich mit unserm Brief an die Wittenberger, sowie an Brenz um deren Gutachten, vgl. Westermayer l. c. 88. Deren Gutachten verdrängte übrigens bald wieder den wunderlichen Gedanken, vgl. Kolbe, Althamer 67.
3 Lang, Neuere Gsch. des Fürstenth. Bayreuth II, 27 gibt ein irreführendes Excerpt aus diesem Brief: „weil itzt nicht mehr alle Tage Meß gelesen werde, würden die Leut sehr roh; er wäre also geneigt, die tägliche Messe ohne Ceremonien wieder einzuführen"; welches dann Janssen, Gsch. des Dtsch. Volkes III, 164[2] in seiner Weise ausnützt. Vgl. Kolbe in Ztschr. f. Kgsch. l. c. 326[2].
4 Brentzens Antwort und sein Gutachten vom 30. August bei Pressel, anecd. Brent. 106 und 107.

Wittenberg. Nr. 1929. 26. August 1531.

Luther an Nik. v. Amsdorf in Magdeburg.

Handschriftlich: 1. Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 135[b]; — Drucke: 2. Schütze II, 234; 3. de Wette IV, 293.

Gratiam et pacem in Domino. Tardius revoco Simonem Hafritz[1], mi Amsdorffi, quia non contingit locus, in quo eum collocem, et tui Magdeburgi tenuiter ei largiti sunt, ut ego postea cogar alere pauperem pauper[a]. Scis enim meam oeconomiam. Tamen quando aliter fieri non potest, tutius est, ut dimittatis eum, et melius est me gravari[b], quam vos perturbari. Veniat igitur in nomine Domini.

An Comitia futura sint, nescio[2]. Hoc scio, sive fiant, sive non fiant, impossibilis est concordia, non tantum propter rem ipsam (quis enim Christum et Belial conciliabit? aut quomodo Papa concedet, fidem solam justificare et opera papistica esse damnabilia?

an poterit concedere, ut ipse in nihilum vadat et Lutherus regnet? Et tamen, nisi hoc concesserit, concordia nulla fieri potest), sed etiam propter personas ex parte nostra, quas etiam, si vellemus, nos non persuadebimus, aut turpior aut confusior inter nos erit discordia. Sed ferunt, Comitia ad hoc parari, ut Ferdinandus ab omnibus Rex Romanus acceptetur. Ad nos scriptum est, tres monstrosas stellas esse apud vos visas in coelo et clerum vestrum quaerere sui perniciem. De istis nos redde certiores. Augustae[3] dominatur Satan per hostes sacramenti et baptismatis et totius fidei. Idem fit Ulmae[4]. Argentinenses dicuntur redire in viam velle. Papa negat Caesari obstinatissime[c] concilium. Quae Gandano[d] facta sunt Cardinali et Papae filio[5], arbitror te dudum audivisse. Ora pro me, et vale in Domino. Wittembergae, Sabbatho post Bartholomaei 1531.

T. Martinus Luther.

[a] † ipse 2. 3. — [b] pravari 3, wohl nur Druckfehler; damit wird die Conjectur Förstemanns in N. Mitthl. VIII, H. 1, S. 18, praedari lesen zu wollen, hinfällig. — [c] obstinacissime 1. — [d] viell. Gandani zu lesen.

[1] vgl. Nr. 1903.

[2] Auf den 8. Sept. war vom Kaiser ein Reichstag nach Speier ausgeschrieben worden, um ein Abkommen mit den Lutheranern zu treffen. Er wurde aber am 10. Oktober abgesagt und auf den 6. Januar 1532 nach Regensburg verlegt.

[3] Ueber den wieder ausgebrochenen Streit zwischen den luth. und zwingl. Predigern in Augsburg, vgl. schon Nr. 1867[a]. Daneben thaten sich die Wiedertäufer wieder hervor, Scultet. ad ann. 1531 (bei v. d. Hardt l. c. p. 177): Augustae Anabaptistae aliquando in ipsum templum ingressi conscenderunt suggestum suosque errores publice professi sunt: quos Consul interveniens, cum res ad tumultum spectaret, comprehendi et in carcerem duci jussit. Vgl. auch Keim, schw. Rfgsch. 276.

[4] In Ulm war im Juni die völlige Durchführung der Reformation vor sich gegangen, deren Hauptgrundsätze in 18 Artikel gebracht wurden, deren 6., trotz aller Vorsicht der Abfassung, einen gewissen Gegensatz gegen Luthers Lehre enthielt. Scultetus p. 176: Coenam Domini celebrari in memoriam et annuntiationem mortis Christi et in pactum animae ad vitam aeternam. Daneben traten auch hier die Wiedertäufer auf:

Ulmam turbabant Petrus Kleiber et Joannes Gasser (nicht Gaster), Anabaptistarum doctor (l. c. 177). Vgl. auch Keim, Rfgsch. Ulms 231. 268; Keidel, Ulm. Rfakten von 1531 (in Württemb. Vierteljahrsschr. 1895, S. 255 ff.).

[5] Campegius und Alexander v. Medici (vgl. Nr. 1817[4]). Gandanus Cardinalis (wenn diese Lesart überhaupt richtig) nennt Luther hier den ersteren, weil er als päpstl. Gesandter bei dem in Gent (vom 20. April bis 14. Juni, vgl. Gachard, Itinéraire) verweilenden Kaiser war. Seine Briefe aus Gent (bei Laemmer l. c.) enthalten jedoch nichts, woraus man abnehmen könnte, worauf sich Luther hier bezieht.

Nr. 1930.

(Letzte Hälfte des August 1531?)[1]

Luthers (?) Bedenken über die vorgeschlagenen Friedensbedingungen.

Gedruckt: Coelest. IV, 87 (mit der Ueberschrift: Judicium D. Doctoris Lutheri de Decreto Augustae anno 1530. in causa religionis facto.). — Deutsch: Walch XVI, 1855. — Es scheint mir zweifelhaft, ob dieses Bedenken in lat. Sprache abgefaßt ist, oder ob es Coelest., wie so viele andere Stücke, aus dem Deutschen übersetzt hat. Jedenfalls besitzen wir im letzteren Falle den deutschen Urtext nicht mehr, da Walch bloß eine Uebersetzung aus Coelest. ist. — de Wette IV, 198 gibt nur eine ganz kurze Inhaltsangabe, das Bedenken selbst aber nicht.

Quoties de negotiis ad religionem, Dei gloriam, sacrum evangelium et christianam nostram fidem pertinentibus actiones instituuntur, sive pacis conservandae, sive aliarum rerum causa istud fiat, semper cum timore et fide nobis ob oculos ponenda et imitanda doctrina Christi ad discipulos suos dicentis[2]: ‚Estote simplices ut columbae et prudentes ut serpentes'. Nam per veram et puram doctrinam coram Deo justificati doctrinam a doctrina, et opera ex vero corde proficiscentia ab operibus falsis et hypocritis discernere et judicare possumus.

Igitur, ut evangelium corde credamus et ore profiteamur[3], necesse est, neque hoc solum requiritur,

sed eo dirigenda est confessio nostra, ut coram mundo incredulo fiat, ita ut acriter reprehendatur, neque unquam opera et facta ipsius probentur. Oportet, ut Spiritus sanctus mundum arguat de peccato[4], nos vero versus illos canamus Psal. 15[5]: ‚Non probabo conventicula[a] eorum, qui sunt de sanguinibus, neque memor ero nominum eorum, per labia mea'.

Igitur, ut propter evangelii confessionem omnia faciamus, patiamur, concedamus et accipiamus, necesse est, quibus fidei et confessioni nihil detrahitur, nec ea probantur, quae pars adversaria contra evangelium statuere vel agere praesumit.

Cum igitur de pace publica per sacri Romani Imperii fines recuperanda et conservanda, ac de religionis etiam negotio actiones a Caes. Majest. institutae sint, diligenter perpendendum est et considerandum, ne quid, ullius rei causa aut amore, a nostra parte fidei, evangelio et divinae gloriae contrarium probetur aut concedatur, hoc nempe modo:

Primus articulus, in quo illis, qui Confessioni et Apologiae Augustae Vindelicorum exhibitae subscripserunt, pacem datum nullumque periculum creatum iri dicitur[b], hac tamen conditione, ne quid in posterum innovetur, neque illi, qui divina gratia illuminati veram evangelii doctrinam amplexuri sint, admittantur et recipiantur, nequaquam est probandus[6]. Nam ad fidem et confessionem pertinet.

Ac si quis objiciat, Imperatorem jam cum Electore Saxoniae et conjunctis in religione sociis, non vero cum illis, qui iis fortasse accessuri sint, agere et deliberationes instituere, nec Electori Saxoniae aliorum curam commissam esse, ipsumque ac conjunctos socios non alieni dominii, sed in suos tantum subditos jus habere;

Item, satis multum concessum esse in hoc, quod, si jam perperam de sacramento docentes Confessioni subscribant et errorem abjiciant, etiam in Decreto

comprehendi debeant, tamen e diverso probe ac necessario considerandum est, adversariam partem evangelii cursum et propagationem impedire velle atque efficere, ne verbum Dei longius progrediatur. Hoc vero probantes, Christo non amplius vitam concedendam, sed denuo crucifigendum illum esse diceremus. Ad hoc ut confiteamur necesse est, doctrinam Augustae praedicatam et exhibitam purum et verum Dei verbum esse, omnesque eam credentes et servantes filios Dei et salvos fieri, sive jam credere incipiant, sive paulo post illuminentur, quae confessio usque ad mundi finem et extremi judicii diem durare debet. Nam scriptum est[7]: ‚Qui crediderit, qui invocaverit, salvus erit'.

Neque illorum tantum, qui fortassis accessuri sint, sed christianae ecclesiae verbum praedicantis, et nostrorum, qui membra illius sumus, habenda est ratio. Scriptum enim est Galat. 6, 16: ‚Quotquot incesserint secundum regulam hanc'; quo dicto nemo excluditur. Omnes igitur juxta Confessionis et Apologiae doctrinam credentes et viventes, quoad fidem et doctrinam fratres nostri sunt, ipsorumque pericula cum nostris sunt conjuncta. Eos etiam tanquam verae ecclesiae membra deserere non possumus, quocunque tempore sese nobis conjungant, sive privatim sive publice istud faciant, sive inter nos sive inter peregrinos[c] vitam agant. Hoc dicimus et profitemur[8].

Tertio. Cum Christus Johannis 17, 20 pro omnibus apostolicae doctrinae credituris oret, cur nos eos, pro quibus Christus oravit, negligamus aut non curemus?

Quarto. Cum Dominus dicit[9], portas inferni adversum ecclesiam non praevalituras, nec tamen portae illae quiescant, necessario sequitur, doctrinam nulli certo tempori, loco vel personae alligatam, sed perpetuo duraturam et mansuram esse in gratiam eorum, qui vel jam credunt, vel in posterum sunt credituri.

Quinto. Negari non potest, hanc doctrinam in tot Comitiis et Imperii conventibus praedicatam et propositam semper magnum numerum ad Deum convertisse; qui per Spiritum sanctum illuminati, si a doctrina excludendi et separandi sint, periculum esset, ne Spiritui sancto re ipsa repugnaremus, cum visibiliter testatus sit, sibi haec opera et has actiones placere.

Secundus articulus ad tertium evangelii membrum, quod scilicet probandus non sit aut acceptandus, pertinet. Dum enim Zwinglianos et Anabaptistas solum nominant[10], se exemptos et exceptos volunt, quasi nihil diversum ab evangelio et contra veneranda sacramenta doceant, quod tamen bona conscientia et sine divinae gloriae laesione fieri non potest.

Igitur, sicut et factum est, omnes in genere comprehendendi sunt, qui diversum a nostra Confessione et Apologia, quoad doctrinam et sacramenta, in quorum numero ipsi quoque sunt, sentiunt atque docent, ne tale quippiam approbemus et ratum habeamus, quod Dei gloriam et conscientiam laedat atque vulneret. Quaecunque de pace dicantur et spargantur, tamen cum divinae gloriae offensione et religionis jactura non est redimenda.

Alter de concilio articulus[11] eatenus tantum necessario credendus, confitendus et servandus est, quatenus nostram, quam profitemur, doctrinam veram esse, nec angelum e coelis venientem eam judicare aut mutare posse, et angelum tale quippiam facere praesumentem anathemate percutiendum et excommunicandum esse[12], concedit, multo minus Imperator, Pontifex et Episcopi eum judicare et mutare debent. Igitur in concilio nihil aliud probari aut ratum haberi potest, nisi quod puro Dei verbo ἀνάλογον est et conforme, sicut Paulus ne tantillum concedebat iis, qui se quoque ecclesiae columnas esse arbitrabantur[13], quod Pauli exemplum hic quoque locum habet. Alias coram concilio, regibus, prin-

cipibus et toto mundo fatendum est, neutram partem contra fidem et confessionem facere, dum postulat, ut verbo et concionibus modus praescribatur, cum tamen verbum Domini neque alligari[14] possit neque debeat. Discipulis in Actis[15] praecipitur, ne de nomine Christi amplius verba faciant, sed nos responsionem illorum imitantes dicimus: Judicate ipsi, utrum Deo magis obediendum sit, an hominibus, an Caesari. Nam non solo pane victurus est homo, sed omni verbo, quod per os Dei egreditur[16].

Concedi etiam et approbari non potest, quod sacramenta quidem administrari, sed verbi ministerium ab ipsorum administratione separari debeat, quae tamen et conjungenda sunt et conjuncta esse debent. Nam Dominus inquit[17]: ‚Ite, praedicate', tum demum subjiciens: ‚et baptizate'. Ac S. Paulus ad Corinth.[18] scribens dicit: ‚Convenientibus vobis, sacramenta administrentur'.

Neque hoc bona conscientia et salva Dei gloria recipi aut approbari potest, quod postulatur, ut nudus tantum textus sine longiore explicatione et declaratione pro concione populo proponatur; ea enim ratione aedificatio ecclesiae et prophetiae donum necessarium et utilissimum tolleretur, Paulo ad Corinthios[19] scribente, sine prophetiae dono et Scripturae explicatione christianam ecclesiam consistere non posse. Ad hoc sine prophetiis corda et conscientiae neque excitantur neque manifestantur. Hoc etiam dono ex ecclesia sublato, nemo Deum adorare et invocare, aut debitum ei honorem tribuere potest, nec dicere, quod Deus ecclesiae adsit. Idem de omnibus articulis, qui simili modo de verbo et sacramentis loquuntur, statuendum nec quicquam probandum est.

In alienis igitur ditionibus nulla dominatio affectanda, sed omnibus pax et benevolentia praestanda est, Paulo[20] dicente: ‚cum omnibus hominibus, quantum quidem fieri potest, pacem habentes'.

Igitur dissensionibus ac dissidiis causam nullam praebeamus. Plinius[21] de christianis tempore Caesaris Trajani scribit, quod continentiam et modestiam eorum aliae gentes fuerint admiratae; quae certe res evangelium ornat.

Articulus ad concionatores et verbi ministros pertinens eo dirigendus est, ut docere debeant juxta illud: ‚Modestia vestra nota sit omnibus hominibus'[22], docentes in omni lenitate et mansuetudine verbum Dei. Item: ‚Servum Domini non oportet pugnare'[23], 2. Timoth. 2, 14. Licet externa pax nobis detur, tamen dissensiones de doctrina non tollentur aut componentur. Evangelium enim mansurum est scandalum Judaeis et stultitia gentibus[24], ac omnem potestatem Deo sese opponentem repressurum. Igitur quoad corpus et facultates nostras pacem quidem facere possumus, sed ut propter doctrinam sine intermissione persecutiones patiamur, necesse est.

Ad jurisdictionem ecclesiasticam quod attinet, res quidem videtur habere dissimilitudinem quandam, et aequalitatem ceremoniarum ad politiam ecclesiasticam emendandam conducere; sed contra hanc persuasionem facit id, quod ecclesiastici nos nostrosque sacerdotes in multis difficillimis casibus coëgerunt, et etiamnum libenter cogerent aliquid contra evangelium et conscientiam statuere. Igitur jurisdictio et potestas ecclesiastica illis reddi aut approbari nullo modo potest, ac multo satius est, in vestibus, ceremoniis et aliis ritibus ecclesiasticis dissimilitudinem quandam esse. Illae enim res, cum ad εὐταξίαν tantum faciant, nihil habent momenti. Igitur per eas, tanquam ad salutem necessariae sint, conscientiae illaqueari et nodo quodam constringi, ut hactenus factum est et etiamnum alicubi fit, nequaquam debent.

Quod si petitum et postulatum fuerit, ne monachi, qui adhuc in monasteriis vivunt, expellantur, ne Missa aliaeque ceremoniae in contumeliam nominis divini cedentes abrogentur adusque generalis et

christiani concilii tempus, in ea postulata assentiri nullo modo possumus, his de causis:

Contra conscientiam agens, viam sibi ad infernum sternit et praeparat. Nemo autem ignorare potest, adversarios vitam monasticam et Missarum celebrationes tanquam fundamenta saluti adipiscendae substruxisse, quibus operibus se justos coram Deo reputari et salvos fieri affirmarunt, id quod meritum et passionem Christi summa contumelia afficit et maxime elevat, non secus, ac si ad consequendam salutem sint insufficientia, vel nos cum Patre conciliare non valeant. Ad hoc Ezechias, rex Judae, laudatur[25], quod aeneum serpentem mandato et jussu Dei erectum[26] eo, quod idolatricis cultibus occasionem praeberet, contriverit et fregerit. Igitur multo minus Missa, omnium profanationum et abominationum, quae nominari possunt, maxima, probari et admitti potest.

Si magistratus politici et Caes. Majestatis officium est, omnes contra secundam tabulam enormiter delinquentes severe et graviter punire et ex societate humana tollere: certe multo magis contumelia in nomen divinum cedens et peccata cum prima tabula manifeste et re ipsa pugnantia puniri debent et reprehendi. Et ut maxime in nonnullis locis, quia ab Imperatoribus fundatae sunt et ordinatae, Missas tolerari necesse sit, tamen approbari neque possunt neque debent. Ad confessionem siquidem pertinet, ut Belial Belial, Christus vero Christus nominetur.

Ad bona ecclesiastica, reditus, decimas atque census quod attinet[27], de iis, cum politica sint, jurisperiti decidere poterunt, et plurimum ad pacem recuperandam et confirmandam facturum videtur, si ἀμνηστία sanciatur. Hoc enim saepius factum esse etiam apud ethnicos in historiis scriptum reperimus, idque ad pacem Athenis[28] confirmandam multum fecisse legimus. Idem nunc quoque maxime necessarium esse nemo, opinor, negabit, ut possidens aliquid bona pace possideat, neque de amissis con-

tentiones augeantur. Nam restitutio in integrum multas ἀταξίας ad pacem parum facturas paritura esset.

Quod si postuletur, ut liberum relinquatur, pro uniuscujusque libitu et conscientiae ratione, vel una, vel utraque sacramenti specie uti, istud quoque probari aut recipi nullo modo potest. Hac enim ratione eos non peccare diceremus, qui unam tantum speciem contra institutionem et mandatum Christi percipiunt. Multis etiam piis conscientiis haec res scandalo futura esset, cum innumerabiles sancti et religiosi homines propter eandem causam carceribus mulctati fuerint, ac paene in discrimen corporis et vitae venerint, extorres acti sint et trucidati. Quod si utilitates et incrementa communi paci, reipublicae, omnibus piis, Germanicae nationi, sacro Romano Imperio et christianae fidei accessura exaggerentur, si aliquid tantum in capitibus et articulis quibusdam concedatur, illata mentione, quae clades quaeque damna et incommoda secutura sint, si res in bella et seditiones erumpat, quod scilicet ea ratione religio et evangelica doctrina utrinque collapsura, tristissima omnium constitutionum et legum confusio secutura, et Turca aliique reges atque dynastae Germanicam nationem inter se divisam et dissidentem sint subjugaturi; igitur pacem propter leves quasdam de nonnullis articulis contentiones non violandam aut dirimendam esse:

Ad has objectiones simpliciter respondendum et dicendum est: Fiat justitia et pereat mundus. Pacem enim ad ima tartara relegandam esse dico, quae cum evangelii jactura redimitur, eaque impedit et violat.

Secundo, licet hic praetextus non de nihilo esse videatur, tamen in fundamento doctrinae, quam Deus a nobis requirit et nos certam esse novimus, cujusque beneficio in omnibus bellis, periculis et calamitatibus conservamur, ne latum quidem pilum cedere debeamus propter publicae et temporalis

pacis praetextum, qui nos omnes facile fallere et decipere potest.

Tertio, cum praeceptum et mandatum nobis sit, ut verbum Dei profiteamur, nec ab illo praecepto temere sit discedendum, omnia pericula propter evangelii professionem nobis eventura ipsius commendentur potestati, qui etiam sine consilio et auxilio nostro ecclesiam suam funestissimorum bellorum tempore defendere novit, ut et ante haec saecula, mundo tyrannis et fanaticis hominibus (tempore scilicet Arrii et aliorum haereticorum) repleto, fecit. Ille igitur, qui hactenus, ubi prorsus nulla salutis spes apparuit, spem et auxilium nobis tulit, ac in posterum idem est facturus, ita nos regat ac gubernet, ut puram et sinceram evangelii doctrinam intrepide profiteamur, cui laus et gloria in saecula saeculorum, Amen.

Si vero, quod Deus clementissime avertat, Caes. Majest., nonnullis fanaticis hominibus impulsa, aliquorum articulorum verba et sententiam urserit, utputa de concilio, de iis, qui in posterum Confessioni et Apologiae nostrae sint subscripturi, item de utraque et una specie, de monasteriis et Missis, et praeceperit, ne abrogentur, sed adusque concilii tempus tolerentur, idque de plenitudine potestatis et pro Majest. suae autoritate fecerit, considerandum est, potestatem et autoritatem ejus eo nequaquam sese extendere. Illud enim tunc locum haberet, si de regionis cujusdam terminis et finibus discernendis ac Principatibus separandis ageretur, ubi Majestas ipsius transactionis verba lenire posset et mitigare. Hic vero de doctrina et confessione, ac de improbatione et approbatione agitur, ut Hieronymus de muliere septies percussa[29] scribit, et de quibus Dominus inquit: ‚Estote simplices ut columbae'.

[a] commenticula l. — [b] l im Text: creatum indicitur, verbessert p. 136. — [c] so wohl st. peregrinatores zu lesen.

[1] Dieses Bedenken wird von Coelestin noch in die Zeit des Augsburger Reichstags und zwar in den Monat September 1530 gesetzt, wohin es aber seinem ganzen Inhalt nach nicht gehören kann. Dieser weist vielmehr auf die Zeit der Verhandlungen über die von katholischer Seite ausgegangenen Vergleichsvorschläge zu einem Frieden (vgl. Nr. 1891[1]), also in die Jahre 1531 oder 1532. Zweifelhaft kann nur sein, welchem von beiden Jahren man es zutheilen muß. Wir entscheiden uns für 1531. Denn die bestimmt ablehnende Stellung, welche es der Forderung, keinen in Zukunft der Augsb. Conf. Beitretenden in den Frieden mitaufzunehmen, gegenüber einnimmt, paßt nicht zu der in dieser Beziehung im Jahre 1532 gezeigten Nachgiebigkeit (vgl. Erl. 54, 301, Nr. 404 f.). Dagegen stimmt es in verschiedenen Punkten so auffällig zu der kaiserlichen Instruction vom 10. Juli für Wilhelm von Nassau und Wilhelm von Neuenar an den Kurfürst von Sachsen (bei Lanz, Corresp. Karls V., Bd. I, 502, das Datum nach Bucholtz, Ferd. I., Bd. IV, 60) und zu dem von diesen an den Kaiser erstatteten Bericht über ihre Verhandlungen (Lanz 523, vom 1. Sept.), daß wir keinen Anstand nehmen, es in die Zeit dieser Verhandlungen, nämlich gegen Ende August 1531, zu setzen. Wenn auch das Bedenken verschiedene Punkte berührt, welche in der Instruction nicht vorkommen, so konnten doch die Wittenberger gleich die Punkte namhaft machen und ihr Gutachten darüber abgeben, von welchen es ihnen wahrscheinlich war, daß sie noch zur Sprache kommen würden. — Durch die politischen Verhältnisse gedrängt, hatte der Kaiser, da bei seiner unbestimmten Zusage an den Mainzer und Pfälzer (vgl. Nr. 1891[1]) deren Verhandlung keinen rechten Fortgang gewinnen wollte, vielmehr sehr kühl von den ihrer Macht sich bewußten Schmalkaldenern aufgenommen wurden, sich entschlossen, die mit dem Kurfürsten von Sachsen in freundschaftlichen Beziehungen stehenden Grafen von Nassau und von Neuenar an diesen zu senden, welche übrigens bei der wiederum recht unbestimmt gehaltenen Instruction über die hauptsächlichsten Punkte sich nur ungern zu dieser Mission verstanden. Um über den Stand der begonnenen Verhandlungen sich zu instruiren, gingen sie zuerst nach Heidelberg zu dem Kurfürsten von der Pfalz, von dem sie erfuhren, daß für den 1. Sept. ein Tag zu Schmalkalden angesetzt sei. Um vorher noch Einfluß auf Sachsen üben zu können, eilten sie an den kurf. Hof nach Weimar (im August; vgl. Bucholtz, S. 12). Ihr Bemühen, den Kurfürsten zu einer Aussprache seiner Wünsche zu bewegen, war vergeblich, so daß sie schließlich genöthigt waren, ihre Anträge zuerst zu eröffnen (Bucholtz l. c.; Winckelmann, Schmalk. B. 140). Auf diese, soweit sie Religionssachen betrafen, den Wittenbergern gewiß zugeschickten Vorschläge war wohl die Antwort unser Bedenken, in welchem jedoch einige Stellen es zweifelhaft erscheinen lassen, ob Luther

allein oder in Gemeinschaft mit den andern Wittenbergern es gestellt (und vielleicht Melanchthon es concipirt) habe.

[2] Matth. 10, 16. — [3] Röm. 10, 9. — [4] Joh. 16, 8. — [5] nach der Vulg., in unsern Bibeln Ps. 16, 4.

[6] Vgl. den Bericht Nassau's und Neuenar's an den Kaiser vom 1. Sept. (Lanz 527): . . . articles, assavoir touchant lusance de la sainte eglise, de non attirer autres ou de consentir quilz se rendroient a leur partie, ains quilz les deburoient souffrir etc. Sur ce ont jlz repete leur confession, quilz nont jamais nulluy a ce constraint contre sa voulente; mais quil (ledict electeur) deburoit de relinquer ceulx, ausquelz dieu eust donne sa grace daccepter sa parolle conforme a leur confession, ou aussi laisser publicquement francs en ses principaultez ceulx qui par la parolle de dieu aient este reduits et reformez, que ce ne seroit peu greuable etc.

[7] Röm. 10, 13. — [8] Anders spricht sich Luther im Bedenken 1532 aus, Erl. 54, 301. — [9] Matth. 16, 18.

[10] vgl. Instruct. des Kaisers vom 10. Juli (Lanz 514): Semblablement sera bien de en tous aduenemens les induyre de demeurer fermes contre les zuingliens et rebaptisez; et venant a accorder de traicter auec eulx, que ce soit auec expresse mencion de entendre et semplyer joinctement auec ceulx de nostre saincte et ancienne foy au reboutement et extirpacion desdictes maudictes et damnables erreurs, et dy faire en tout ce quilz pourront tout extreme de possible.

[11] vgl. Instruct. l. c. 515: Si ilz parlent du concille et se arrestent a ce que par le recez fait en laffaire de la foy a ladicte journee Dausbourg auions promis de procurer la celebracion dicelluy, sera respondu, que auons fait ce que nous a este possible pour le faire conuoquer, et encores sommes apres, mais que en venant a quelque traicte auec eulx, jl sera tant plus conduysable, et est lune des difficultez en ce que eulx mesmes nont voulsu accepter ledict reces, ny approuver ledict concille en la forme qua este cydeuant use et obserue, ains y ont mis des condicions non accoustumes, soubz couleur de le vouloir franc et libre etc.

[12] vgl. Gal. 1, 8. — [13] Gal. 2, 9. — [14] 2. Timoth. 2, 9. — [15] Apostelgesch. 4, 18 f. — [16] Matth. 4, 4. — [17] Matth. 28, 19. — [18] 1. Cor. 11, 20. — [19] 1. Cor. 12, 10. — [20] Röm. 12, 18. — [21] Plin. epp. lb. X, 97. — [22] Phil. 4, 5. — [23] in der Vulg.: litigare. — [24] 1. Cor. 1, 23. — [25] 2. Kön. 18, 4. — [26] 4. Mos. 21, 8.

[27] vgl. Instruct. l. c. 513: Aussi affin quilz vuydent leurs mains et se deppourtent de applicquer a leur prouffit particulier et priue les biens ecclesiasticques, et permec-

tent, quilz soient reduytz et emplyez selon les fondacions, respectiuement pour le diuin seruice, alimens des ecclesiasticques, et en aulmosnes et euures [= oeuvres] pieuses, selon que mieulx le moyen se pourra trouver auec eulx, ayant regard et actendu que leur usurpacion et detencion ne peult estre soubstenable ny excusable par quelconque droit, raison ny equite, commil est tout euident.

[28] Sollte diese Stelle nicht Melanchthon als Mitarbeiter vermuthen lassen?

[29] vgl. Hieron. ep. I. ad Innocentium, de muliere septies percussa (opp. ed. Migne, T. I, p. 327), von einem Weib in Vercelli zur Zeit des Hieronymus, die fälschlich eines Ehebruchs angeklagt war (nicht aus dem Makkabäerbuch, wie Walch angibt).

Nr. 1931. August (?) 1531.

Bucer an Luther.

(Fragment eines nicht abgeschickten Briefes.)

Druck: Buceri scripta Anglic. p. 612.

Nos certe ita animati nobis gratia Christi videmur, ut qui publicam pacem (sed quae vera sit, hoc est, in Christo) morte nostra redimere, si liceat, nil dubitaturi simus.

(Wittenberg.) Nr. 1932. 3. September 1531.[1]

Luther an Robert Barnes.

A.[2]

Handschriftlich: [1. Marburger Archiv, England, Rep. I. cell. 3. vol. II., theilweise eigenhändige Abschrift Luthers für den Landgrafen; die Varianten zu de Wette verzeichnet Lenz in Ztschr. f. Kgsch. IV, 137; 2. Berlin, kgl. Bibl., Mscr. theol. lat. 8°. 41, f. 95, von Bugenhagen geschrieben; die Varianten zu de Wette mitgetheilt von Vogt in Theol. Stud. u. Krit. 1885, 731; 3. Gotha, Cod. 168. 4]; 4. Wolfenbüttel, Extrav. 64. 4. f. 298[b] (unvollständig); — Drucke: 5. Budd. 325 (unvollständig); 6. Schütze II, 235; 7. de Wette IV, 300, B. — Wir geben den Text nach dem aus 1 verbesserten 7.

Venerabili in Christo fratri, Domino Antonio Anglo[3], theologiae doctori, Martinus Luther, manu propria.[a]

Gratiam et pacem in Domino[b]. De causa regis Angliae[c] mea est sententia, quam coram audivisti[d], mi Antoni[e], cum ea de re disputaremus familiariter, scilicet, quod mihi determinatio Lovaniensium[4] maxime probetur[f] prae omnibus, qui contrarium judicant, et satis tuta conscientia rex eam sequi potest, imo sequi[g] debet, si tutus coram Deo esse volet[h], hoc est, nullo modo reginam ductam fratris mortui uxorem repudiare potest, et eo repudio tam matrem, quam filiam incestam facere. Nam quid[i] dispensatio Romani[k] Pontificis[5] valuerit ad ducendam[l] fratris mortui uxorem, nunc non disputo, sed hoc dico: esto sane, peccarit rex ducendo fratris mortui uxorem, tamen longe atrocius et majus peccatum erit ductam repudiare et conjugium dissolvere tam crudeliter, ut tam rex ipse, quam regina[m] et reginula[6] perpetuo opprobrio incesti[n] habeantur, cum re vera nulla subsit causa, eas hoc horribili crimine infamari[o], et super[p] hoc etiam conjugium dissolvere. Quae duo peccata maxima tanta sunt, ut unius minoris peccati, praesertim praeteriti et jam remissi, ac vere jam[q] non peccati, nulla sit prorsus ratio habenda.[r] Conjunctio enim maris et foeminae conjugalis est[s] divini juris et naturalis. Sed prohibitio uxoris demortui fratris[t] est positivi juris[u], non divini, nisi cavillari velis[v], omnia jura esse divina, quia[w] omnia jura Deus approbavit[x]. Quare frustra vexant conscientiam regis, qui eum ad repudium sollicitant, imo gravissime peccant in legem divinam.

Quod vero allegant esse contra jus divinum, ducere uxorem fratris mortui, nempe Levitici 18, 16: 'Turpitudinem uxoris fratris tui[y] non revelabis'; respondeo: primum, si volunt[z] Mosaicam legem sequi[a] et nos sub istum legislatorem trudere, tunc id efficient, ut rex[b] in isto casu teneatur non solum

reginam retinere ductam, sed etiam, si ducta non esset, omnibus modis ducere, et fratri suo[c] semen suscitare, quandoquidem frater demortuus non reliquit liberos ex eadem uxore; ut habetur[d] clare Deuteron. 25, 5, et Matthaei 22, 24 recitatur a Sadducaeis coram Christo.

At hic dicunt, legem Deuter. 25 fuisse ceremonialem, quae cedere debeat[e] legi Levitici 18, quae fuerit moralis, quia ceremonialia cessaverint[f], moralia non cessaverint[f]. Quis hic non videt[g] tales glossatores vel corruptos, vel ista non judicio nec candore ullo ab eis dici? Scilicet tam[h] cito invenerunt glossam, qua eluderent legem Deuter. 25, cur non etiam invenerunt aliquam glossam[i], qua eluderent legem Levitici 18? An non potuit ulla inveniri? Sed[k] illic voluerunt[l], hic noluerunt glossam habere. Clarum est igitur, quod non judicio, sed sola[m] voluntate sic glossare[n] legem sibi incommodam proposuerint[o].

Deinde quomodo probabunt, legem Deuteronomii esse vel fuisse ceremonialem, praesertim si conscientiam volent[p] certificari[q]? An satis est[r] dicere: nos ita volumus, nos ita dicimus, ergo[s] sit ceremonialis? Nos contra dicimus, legem Deuteronomii fuisse vere[t] moralem, quia vere fuit politica ad conservandas familias, ad[u] retinendas haereditates, ad quaerendos haeredes, hoc est, ad quaerenda bona[v], ad augendam et roborandam rem publicam instituta[7]: quemadmodum agrum colere isto et isto tempore, tali et tali ritu, quo uberius fructificet, est vere politicum et morale[w], quia isto more parantur opes[x] et oeconomiae et politiae[y]. Oportuit igitur[z] Judaeos hanc legem non minus servare, quam aliam quamcunque, et[a] textus indicat satis clare, sese loqui de conservandis familiis et haereditatibus[b], quae certe non sunt ceremonialia, sed politica et necessaria moralia.

Et fingamus, quaeso, legem Deuteronomii fuisse ceremonialem, ut isti cavillantur, quid hoc ad rem?

cum nihilominus hoc stet, quod Judaei sub Mose istam[c] legem servare cogebantur, sicut[d] circumcisionem et alias ceremonias. Respondeant[e] hic nobis, quomodo Judaei poterant ducere uxorem fratris mortui, si prohibitum erat[f] jure divino Levit. 18? Pugnant enim istae duae leges ex directo[g], si utraque de fratre etiam mortuo intelligatur[h]. Patet ergo, quod non recte inspiciant verba et personas legis.

Si vero praetendere volent[i], ceremonialia esse abrogata et moralia mansisse, ideo legem Deuteronomii non servare licere, sed servandam legem Levitici: primum hic[k] adhuc stat, quod tamen[l] Judaei utramque servaverint, ut dixi. Ideo cogentur isti[m] necessario concedere, Judaeos non peccasse in legem Levitici, ideo quod[n] servabant legem Deuteronomii. Deinde qui[o] sic sentiunt, ceremonialia esse abrogata, quod nobis sint mortifera et illicita ad servandum, isti non debebant[p] allegare contrariam legem Levitici, sed ipsam abrogationem. Nunc vero arguunt et procedunt ex abrogatione, et tamen allegant contrariam legem tanquam autoritatem[q] Mosis, facturi sententiae suae fidem· Sed hoc ipso produnt, sese non studio veritatis, sed libidine vincendi sic sophisticari, et fallaciam illam[r] exercent, quam Aristoteles vocat ‚a non causa ad causam'. Nam sub Mose, ubi nondum erat abrogata lex Deuteronomii, nec abrogatio locum argumenti potuit dare, neque legum contrarietas, cum utraque et valeret et servaretur. Ergo multo minus nunc valere debet argumentum contrarietatis. Sed si est ullum argumentum, sit ipse abrogationis locus, et desinant isti contrariam legem Levitici urgere.[s]

Ulterius, qui[t] sentiunt ceremonialia illicita nobis, hi prorsus nihil intelligunt, quid sit vel abrogatio vel ceremoniale. Ceremonialia sunt post abrogationem libera et indifferentia, non amplius praecepta et necessaria, 1. Cor. 7, 18: ‚Qui circumcisus est, non accersat[u] praeputium', ubi docet, quod nec

praeputium opus sit habere, alioqui Judaei fideles cogerentur praeputium reparare. Igitur abrogatio est liberatio a lege, non autem prohibitio, ut S. Hieronymus[8] errat contra Augustinum, ut si rex in aliquo loco vellet de novo (sicut[v] posset ex certis causis) aliquot ceremonias Mosi jam abrogatas et liberas constituere, tunc vere[w] ligarent istae ceremoniae non[x] autoritate Mosis, sed novo imperio regis. Quare etiamsi lex ista Deuteronomii esset ceremonialis, et jam[y] abrogata, tamen rex Angliae ex justa causa, qualem jam habet pro[z] se contra istos cavillatores, posset eam de novo statuere et quo loco vellet mandare, ut frater fratris mortui duceret uxorem. Tunc ista lex cogeret plane obedire subditos, sicut quaelibet alia lex regis aut regni seu[a] civilis, Rom. 13, 1: ‚Omnis anima subdita sit'[b] etc.

Ut redeamus ad legem Levitici, contrariam legi[c] Deuteronomii, ut isti dicunt, concedimus, esse contrarias leges[d], sed non ita glossandas, ut altera prorsus tollatur, verum ut utraque salvetur et servetur[e], quia ista glossa non valuisset apud Judaeos, qui utramque, licet contrariam in speciem, servare cogebantur. Ista autem est vera glossa, quod lex Levitici loquitur de uxore fratris viventis, et lex Deuteronomii de uxore fratris mortui. Sic non pugnant, sed ambae conservantur, quia lex Levitici simpliciter de fratre loquitur, sed Deuteronomii exprimit[f] mortuum, ut significet, se de alio fratre loqui, quam Leviticus. Sic Johannes Baptista[9] arguit Herodem, quod fratris viventis uxorem habuerit, quia pluralitas uxorum non fecit[g] Herodem reprehensibilem, quae erat licita cunctis, sed sic tamen, ne viventi fratri frater uxorem specie juris aut blanditiis abstraheret, sicut domum et alias res facile poterant. Quo scelere in uxore fratris Philippi Herodes criminosus erat.

Nec possunt adversarii, etsi velint, probare Leviticum de fratre mortuo loqui, neque aliam concor-

diam utriusque legis proferre, praesertim quae satis ad sedandam conscientiam sit. Ad turbandas vero conscientias quis tam indoctus est, qui non possit aliquid fingere vel somniare?

Illud quoque frivolum, quod argumentantur[h] ex lege Deuteronomii sequi, quod aliquis posset vel cogeretur in casu filiam suam ducere, ut si Othoniel[10] mortuus reliquisset uxorem Achsam, filiam Chaleb fratris sui, coactus fuisset Chaleb, ut frater Othonielis, ducere ipsam filiam propriam. Quis hic non videt studium patrocinandi malae causae, quasi vero nesciant, quod lex superior tollat inferiorem, ut lex circumcisionis violat legem sabbathi, Johan. 7, 22. 23, ubi Christus ipse disputat, hominem circumcidi in sabbatho, quod[i] est tolli seu impune peccare in legem sabbathi, ne in legem circumcisionis, quae ante legem sabbathi ex patribus fuit, peccetur. Quid multa? notum est, quod inferior lex et legislator non possit claudere manum superioris legis et legislatoris, sed unaquaeque lex[k] cujusque legislatoris consistit in termino potestatis sibi a Deo donatae, ut: paterfamilias statuit leges familiae et domus suae, quatenus sua potestas patet; magistratus vero seu civitas illius legibus non[l] paret, sed subjicit eum politicis legibus, ita ut, ubi opus fuerit, cogat[m] eum cum suis[n] legibus feriari et politicis legibus servire. Sic rex suis legibus dominatur regno seu civitati, permittens quidem, ut illi propriis legibus regnentur[o], sed sic, ut regis legibus salvis pareant regi et non imperent regiis legibus. Sic Deus permittit quoslibet magistratus, imo approbat propriis legibus uti, sed salva et excepta voluntate et lege[p] sua, cui debent ipsi cedere cum suis legibus et obedire. Ita semper leges positivae, ubi pugnant cum lege Dei vel[q] naturae, cedunt ipsis legibus Dei vel naturae ut superiori. Quare cum lex Deuteronomii sit lex positiva, et non naturalis, si impingat[r] in aliqua causa[s] in legem naturae, debet cedere et locum

dare legi naturae, ut inferior superiori. Et sic Chaleb[t], etiamsi lege Deuteronomii videatur cogi ad ducendam filiam Achsam, tamen quia Achsa non est simpliciter uxor fratris sui (proprie enim accipiendae sunt voces legis et simpliciter), sed etiam filia, ideo prohibetur alia lege et superiori, ne ducat talem uxorem fratris, quae sibi est filia, quia filiam ducere lex naturae prohibet, etiamsi lex positiva uxorem fratris mortui jubeat.

Sed quorsum verbosa ista disputatio, mi Antoni, nisi forte si in futurum tibi opus fuerit[u] cum imperitis legum disputare?

Nos ad rem veniamus et dicamus, Mosen esse mortuum nobis[v], vixisse autem Judaico populo, nec obligari nos legibus illius. Ideo quicquid ex Mose ut[w] legislatore, nisi idem ex legibus nostris, id est, naturalibus et politicis, probetur, prorsus[x] non admittamus nec confundamus totius orbis politias, sed tanquam venenum fugiamus seditiones et perturbationes omnium legum et honestatum. Servivit Moses[y] suae politiae, nos nostros habemus legislatores in istis causis. Igitur hoc disputandum est, si Papae vel Caesaris legibus prohibetur conjugium inter fratrem et uxorem fratris mortui, an tum[z] rex Angliae teneatur reginam (prohibitam duci) repudiare ductam[a]? Hic respondendum est, quod non, sed teneatur eam retinere sub periculo salutis et damnationis aeternae. Primum constat, non esse neque jure divino neque naturali, sed mere positivo prohibitum[b], uxorem fratris ducere. Nam Moses, ut dixi[c], legislator nobis mortuus est, et nihil est. Legimus etiam[d], quod ante legem Mosis et sub naturali lege agentes Abraham et Nahor[11] duxerunt filias fratris sui, qui gradus postea per Mosen lege positiva prohibitus est. Sicut[e] et Jacob duas sorores[f] duxit, quod idem postea Moses prohibuit. [Et in casu praesenti Judaei ducebant uxores fratris mortui lege divina. Ergo non fuit contra jus divinum et naturale.][g] Reliquum est igitur, uxorem fratris

mortui ducere prohibitum esse jure humano et positivo. Sed, ut diximus, conjugium est juris divini et naturalis. Ubi nunc pugnant[h] jus divinum et positivum, cedere debet jus positivum divino, propter quod etiam Christus[12] legem repudii in Mose sustulit, ut statueret legem conjugii divinam. Peccaverit ergo rex Angliae ducendo fratris mortui uxorem, peccaverit in legem humanam et civilem Caesaris vel Papae: quodsi Caesar vel Papa suas leges ei remiserint[i], nihil omnino peccavit, quia idem Deus, qui approbat legem civilem a Caesare latam, approbat etiam legem Caesaris a Caesare remissam, quia dedit ei potestatem leges ferendi et remittendi, et ut ita dicam, claves ligandi et solvendi in terra sibi subjecta. Idem dico de Papa, ubi tyrannide civili regnat: etiamsi nullo jure ligat, tamen si remittat, multo magis valet, quam ubi ligat. Sed si rex repudiaverit[k] reginam, peccabit gravissimo scelere in legem divinam, quae dicit[13]: ‚Quod Deus conjunxit, homo ne[l] separet'. Quid est enim: ‚homo non separet', nisi leges humanas non posse separare, quos Deus sive ordinate lege hominum[m] sive permittendo contra jus humanum[n] conjunxit?[o] quia sua conjunctio, sive fiat jure, sive facto humano, superior est ordinatione humana. Si igitur pugnant nunc leges istae, provideatur, ne rex Angliae servet legem humanam, ut peccet in divinam, sed ut servet legem divinam, remittatur ei, si quod esset commissum peccatum in legem humanam; quamvis, ut dixi, ubi Papa vel Caesar (si Caesaris leges agnoscit) dispensaverint bene vel male, nullum est peccatum ibi.

Habes, mi Antoni, meam sententiam in sinum tuum effusam. Nescio enim, an eam publicari utile sit, ne forte meum nomen huic causae noceat, quod quam sit invisum et abominabile, satis nosti, ita ut, etiamsi vera dixero, tamen odio nominis mei damnentur; tamen ut cum amicis possis de mea sententia certo disputare, patior, ut pro tuo

arbitrio eam vel premas vel publices. Optarem sane, nisi odium nominis mei obstaret, eam profuturam regi et reginae, ne seducerentur et impellerentur a sophistis in tam nefarium et sceleratum divortium, quo facto perpetuam calamitatem conscientiae sint[p] passuri. Sed quicquid acciderit, sive divortium istud jam factum est[14], sive rex impellitur autoritate aliorum doctorum, ut divortium faciat: tu tamen dissuadebis amicis, quibuscunque poteris, ut hoc divortium detestentur. Atque si adversarii regem omnino ceperint, tentent nostri omni studio, ut saltem reginam servent, ne ullo modo consentiat in id[q] divortium, sed potius moriatur, quam ut[r] ream conscientiam faciat tanti criminis coram Deo, firmissimeque credat, sese esse veram legitimamque reginam Angliae, ab ipso Deo sic factam et probatam. Non est enim permittendum, ut falso crimine se gravet, peccatum tam grande credat, quod nullum est. Hoc esset enim mendacium erronea conscientia timere et loco Dei adorare. Si enim regem servare non possunt (quod Deus avertat), servent saltem unam reginae animam, ut ipsa, si divortium prohibere[s] non potest, ferat hoc magnum malum maximae injuriae sicut crucem suam, sed nequaquam approbet neque[t] consentiat. [Potius id permittat, ut rex et alteram reginam ducat exemplo patrum, qui multas uxores habuerunt etiam ante legem, sed se ipsam non probet a regio conjugio et nomine Anglicae reginae excludi.][u][15] Ego, qui aliud non possum, precor[v] oratione versa ad Deum, ut Christus hoc divortium impediat et infatuet consilia Achitophelis[16] illud suadentis, aut si impedire non voluerit, ut reginae saltem fortem fidem et constantem certamque conscientiam donet, sese esse ac fore reginam Angliae legitimam et veram, invitis portis mundi et inferni, Amen[w]. Tu in Christo recte vale. Datae Wittembergae, 3.[x] Septembris 1531.

T. Martinus Luther.

[a] Die Ueberschrift nur bei 2. — [b] Christo 6. 7; Gratiam etc. fehlt 5. [c] Angliae fehlt 5. — [d] audistis 5. — [e] mi Antoni fehlt 5. — [f] probatur 5—7. — [g] sequi fehlt 4. 6. — [h] velit 6. 7. — [i] quod 4. 6. 7. — [k] Romani fehlt 6. — [l] ducendum 4. — [m] rex, quam ipsa regina 4. 6. 7. — [n] incestae 5—7. — [o] cur eas horr. crim. infamare velit 4. 6. 7. — [p] desuper 5. — [q] jam fehlt 5. — [r] Hier endigt 4. — [s] † et 5. — [t] prohibitio de mortui fratris uxore 6. — [u] † et 5. — [v] cavillaretur 5. — [w] quod 5. — [x] approbarit 6. 7. — [y] tui fehlt 5. — [z] volent 5—7.

Z. 37. [a] sequi fehlt 5. — [b] res 6. — [c] fratris sui 5—7. — [d] ut habetur fehlt 6. — [e] debet 5. — [f] cessaverunt 6. — [g] videat 5. — [h] Si tamen 5. — [i] qua eluderent etc. fehlt 5—7. — [k] Scilicet 5. — [l] An non etc. fehlt 6. 7. — [m] sua 5—7. — [n] glossari 6. — [o] proposuerunt 5—7. — [p] cum conscientiam velint 6. 7. — [q] certificare 5. — [r] Hic satis est, nos 6. — [s] quod 5. — [t] vere fehlt 6. 7. — [u] et 6. — [v] ad quaer. bona fehlt 2. 5. — [w] quo uberius etc. fehlt 5. — [x] opes fehlt 5. — [y] oeconomicae et politicae 5. 7; ceremonia et politia 6. — [z] ergo 5.

Z. 72. [a] ut 6. — [b] haeredibus 5. — [c] eam 5. — [d] sicut fehlt 5. — [e] Respondent 6. — [f] † in 5. — [g] ex directo nur bei 2. 5. — [h] est intelligenda 2(?). 6. 7. — [i] volunt 6. — [k] hoc 6. 7. — [l] tamen fehlt 6. 7. — [m] isti fehlt 6. — [n] st. ideo quod: dum 5. — [o] quod 6. — [p] debeant 5; debent 6. 7. — [q] autoritate 6. — [r] illam fehlt 5. — [s] Hier schließt 5. — [t] urgere ulterius. Qui 6. 7. — [u] adducet 6. 7. — [v] ut certe 2; scient (!) 6. — [w] de novo statuere, posset . . . constituere. Tunc vero 7. — [x] † quidem 2. — [y] nunc 6. 7. — [z] prae 6. 7.

Z. 132. [a] sui 7; sive 6. — [b] subdita sit fehlt 6. 7. — [c] legem 6. 7. — [d] † in speciem 2. — [e] servaretur 6. — [f] explicat 2. — [g] facit 6. 7. — Hier endigt die eigenhändige Niederschrift Luthers bei 1, der Rest ist von anderer Hand geschrieben. (Lenz.) — [h] argutantur 1. — [i] quod fehlt 1. — [k] † et 6. 7. — [l] non fehlt 6. — [m] ut opus fuerit, cogi 6. 7. — [n] suis fehlt 6. 7. — [o] agantur 2. — [p] et lege nur bei 2. — [q] aut 6. 7. — [r] impingit 6. 7. — [s] st. in aliqua causa: aliquo casu 2. — [t] Chaleb fehlt 6. 7. — [u] erit 6. 7. — [v] nobis nur bei 2. — [w] et 6. 7. — [x] prorsus nur bei 2. — [y] so nach der eigenhändigen Correctur Luthers bei 1; zuerst war geschrieben: Serviant illae, wie auch 6. 7 haben; 2: Servivit ille. — [z] tamen 6. 7.

Z. 220. [a] so auch 2; reginam prohibitam ducere et repudiare ductam 6. 7. — [b] Primum non constat, esse prohibitum, neque jure naturali, neque divino, sed tantum jure positivo 6. 7. — [c] ut dixi fehlt 6. 7. — [d] so nach der eigenhändigen Correctur Luthers bei 1, womit 2 übereinstimmt; zuerst war geschrieben enim, wie auch 6. 7. haben. — [e] Sicut fehlt 6. 7. — [f] uxores 6. 7. — [g] Die Worte in [] sind bei 1 eigenhändiger Zusatz Luthers am Rand, welcher bei 2. 6. 7. fehlt. — [h] pugnat 6. 7. — [i] remiserit 6. 7. — [k] repudiabit 6. 7. — [l] non 6. 7. — [m] Die Worte lege hominum eigenhändig von Luther bei 1. — [n] Die Worte contra jus hum. eigenhändig von Luther. — [o] st. Quid est etc.: Quid est homo? non separet, quod Deus conjunxit sive ordinate, sive permittendo 2. 6. 7. — [p] sunt 6. 7. — [q] id fehlt 6. 7. — [r] ut fehlt 6. 7. — [s] prohiberi 6. 7. — [t] aut 6. 7. — [u] Die Worte in [] nur bei 2. — [v] precor fehlt 6. 7. — [w] Amen fehlt 6. 7. — [x] bei 6. 7: 5. Sept.

[1] de Wette hat 5. September, aber der 3. September ist als Datum des Briefes hinreichend durch die beiden Handschriften 1 und 2 bezeugt.

[2] Von diesem Brief existiren zwei Redactionen, deren Text vielfach von einander abweicht. Daß die von uns hier unter A gegebene die ursprüngliche ist, ergibt sich sowohl aus Luthers eigener Handschrift in 1, als auch durch den mehr persönlichen Charakter, den A gegenüber B trägt. Vgl. Lenz l. c.; Kolde in Ztschr. f. Kgsch. XIII, 576, und Luther II, 597 zu S. 396. — Vogt (in Theol. Stud. und Krit. 1885, 729) sieht in B eine von Luther selbst vorgenommene Um-

arbeitung von A. de Wette hat die beiden Redactionen umgekehrt geordnet.

[3] d. i. Robert Barnes, vgl. Alb. 149: D. Antonius Anglus theologiae Doctor oxoniensis 20. Juni (1533), wozu Melanchthon an dem Rand bemerkte: Robertus Barns. Barnes, der als Augustiner-Prior zu Cambridge durch Lesen der Schriften Luthers reformatorische Gesinnungen angenommen und sie vorgetragen hatte, wurde durch Heinrich VIII. gefangen gesetzt, und schwor dieselben ab, um die Freiheit zu erlangen. Er entfloh 1530 nach Wittenberg und lebte hier unter dem Namen Antonius, bis er nach dem Abfall Heinrichs vom Papstthum in sein Vaterland zurückkehrte, 1535 Hofkaplan wurde und als solcher Unterhändler bei der Verehelichung Heinrichs mit Anna v. Cleve war. Nachdem der König dieser aber überdrüssig geworden, suchte er den Vermittler zu verderben und ließ ihm durch das Parlament als einem überwiesenen Ketzer den Prozeß machen. Barnes starb Ende Juli 1540 auf dem Scheiterhaufen. (Vgl. Fox, Acts and mon., II, 441 ff.) Von seinen Schriften ist die 1536 erschienene, dem König Heinrich gewidmete Vitae Romanorum Pontificum (von Petrus bis Alexander III.) zu erwähnen, weil Luther zu ihr eine Vorrede schrieb, opp. v. arg. VII, 532, vgl. auch Erl. 63, 397. (Vgl. Schäfer, Luth. als Kirchenhistoriker 84. 106. 355.) — Kolde, Luth. II, 395 vermuthet, daß Barnes schon 1531, da er in der Ehescheidungssache Heinrichs Luther und Melanchthon das bereits vorhandene theologische Material unterbreitete, in königlichem Auftrag gehandelt habe. — Die Frage von Heinrichs Ehescheidung tritt in der Correspondenz der Wittenberger zuerst im Briefe Mel.'s an Camerar vom 26. Juli (CR. II, 315) auf: Scripsit ad me Simon Grynaeus [damals Professor in Basel] his diebus . . Fuit in Anglia [Mitte Juli aus England zurückgekehrt, vgl. Oecolampad an Zwingli, Zw. opp. VIII, 631 und 625], inde affert ad me ζητήματα περὶ γάμου βασιλέως, magnam profecto periculosam et difficilem controversiam, de qua cum respondero, mittam ad te meum scriptum, ut tu ad Grynaeum transmittas . — Das Gutachten Mel.'s vom 23. Aug.: CR. II, 520 (dagegen gehört das p. 528 stehende Gutachten nicht ins Jahr 1531, sondern 1536). Daß das Gutachten der Wittenberger auch den Schweizern, an welche sich der König ebenfalls um ein Gutachten gewendet hatte (vgl. den angeführten Brief Oecol.'s), zugänglich wurde, vgl. Oecol. an Zw. 30. Sept. (Zw. opp. VIII, 647).

[4] Auf den Rath Thom. Cranmers, damals Erziehers im Hause eines Landedelmannes, wo ihn Heinrich 1529 hatte kennen lernen, wurden betreffs der Gültigkeit der Ehe die Gutachten der englischen, sowie italienischen, französischen und niederländischen Universitäten eingeholt. Die meisten, nämlich 12, dieser Gutachten waren dem Wunsche des Königs günstig (Fuller, church-history of Great-Brit. V, 183), und wurden

zum Theil 1532 durch den Druck veröffentlicht, wieder abgedruckt bei **Burnet**, hist. of the Reform., lat. Uebers. ed. 1689, T. I. append. p. 33. Das der Scheidung ungünstige Urtheil der Löwener, dem hier Luther beistimmt, befindet sich nicht darunter.

[5] Papst Julius II. hatte am 26. December 1503 den Ehedispens zur Verheirathung des damaligen Prinzen von Wales Heinrich mit der Wittwe seines Bruders Arthur, Katharina von Arragonien, einer Tante Karls V., ausgestellt. Die Gültigkeit desselben wurde jetzt angefochten, da der Papst von keinem göttlichen Gesetz dispensiren könne.

[6] die am 18. Februar 1516 geborene spätere Königin (1553—1558) Maria die Blutige.

[7] so fast wörtlich schon in Luthers Deuteron. cum annotatt. 1525 (opp. lat. 13, 308).

[8] Hieron. ep. 112 ad August., bes. c. 14 (**Migne**, Patr. lat. T. 22. p. 924).

[9] Unter den von den Vertheidigern der Ehescheidung angeführten Gründen war auch unter Berufung auf Tertull. adv. Marcion. c. 34 das Zeugniß Johannis des Täufers gegen Herodes so ausgelegt, als ob derselbe jede Ehe mit der Gattin des Bruders, auch wenn letzterer schon verstorben, als sündlich bezeichne; vgl. **Vogt** in Stud. u. Krit. 1885, 726.

[10] vgl. Richter 1, 13.

[11] vgl. 1. Mos. 11, 29. Luther folgt hier, wie auch sonst (Erl. 33, 247. 387; opp. exeg. 3, 73; 5, 51) der rabbinischen Ansicht, wornach Sarah und Jisca die nämliche Person, Sarah also Abrahams Bruders Haran Tochter gewesen sei. Anders zu 1. Mos. 20, 2, opp. exeg. 4, 51.

[12] Matth. 19, 7 ff. — [13] Matth. 19, 6.

[14] Der König hatte schon seit 14. Juli 1531 die Königin verlassen, welche auf seinen Befehl sich von Windsor entfernt und zunächst ihren Wohnsitz in Moor genommen hatte (**Burnet** l. c. I, 67); zuerst am 18. Mai 1533 ließ Heinrich durch Cranmer die Ehe für ungültig erklären.

[15] Daß bei der für den Landgrafen bestimmten Abschrift dieses Gutachtens, deren Uebersendung noch im Jahre 1531 stattfand (vgl. Brief an den Landgr. vom 22. Sept.), diese Stelle, welche sich in der Redaction B, Nr. 1933, Z. 37, in ähnlicher Weise findet, ausgelassen wurde, hatte seine guten Gründe. Ausführlicher behandelt das Gutachten Melanchthons vom 23. Aug. die Frage einer eventuellen Bigamie (CR. II, 526, wozu auch der von **Vogt** l. c. 730 mitgetheilte Text der Bugenhagen'schen Handschr. zu vergleichen ist), der der Urheber der ganzen Theorie ist (**Kolde** in Ztschr. f. Kgsch. XIII, 576, gegen **Köstlin** [2] II, 263, welcher sagt: „Mel. wagte diesen Gedanken Luthers auszuführen“; aber Luther schrieb sein Gutachten 14 Tage nach dem Mel.'s). Auch Bucer und Capito hatten gegen die Bigamie nichts einzuwenden, wogegen sich

jedoch Oecolampad entschieden aussprach, an Zwingli 30. Aug. (Zw. opp. VIII, 634: Digamiam Regi admitterent. Sed absit, ut in hoc Mahumetem magis quam Christum audiamus.) — Ob jedoch die Reformatoren von sich selbst auf diese Auskunft geriethen? Heinrich VIII. hatte schon 1528 durch seine Gesandten in Rom den erfahrensten Canonisten die Frage vorlegen lassen: ob der Papst nicht gestatten könne, daß der Ehemann nach dem Vorbild im AT. zwei Weiber hätte, wovon nur eine öffentlich anerkannt, die Kinder von beiden aber legitim wären? (vgl. Weber, akatholische Kirchen in Engl. I, 224 und die dort angef. Literatur). Konnten die Reformatoren, denen so manches Material aus den bisherigen Verhandlungen mitgetheilt worden, nicht gerade dadurch auf ihre Auskunft geführt werden? Seltsamer Weise stimmen sie darin mit dem Ausweg überein, den auch der Papst vorschlug und mit dem auch die kaiserliche Parthei einverstanden war, wie der Agent Heinrichs, Greg. Cassel, schreibt: Pontifex secreto mihi proposuit conditionem hujusmodi: concedi posse Vestrae Majestati, ut duas uxores habeat — — quod et Caesareanos quaerere et procurare audio. (Herbert, life of Henry VIII, p. 141 bei Weber I, 252).

[16] 2. Sam. 15, 31.

(Wittenberg.) Nr. 1933. (3. September 1531).

Luther an Robert Barnes.

B.

Handschriftlich: **1.** Wolfenbüttel, Extrav. 72. f. 151b; **2.** Gotha, B. 23. f. 6; [**3.** daselbst Cod. 451. f.; **4.** daselbst Cod. 402. f.; **5.** daselbst Cod. 168. 4; **6.** Jena b. f. 105; **7.** Cod. Closs; 3—7 von de Wette benutzt]; — Drucke: **8.** Rebenstock, colloq. lat. T. I. am Schluß (daraus abgedruckt bei Bindseil, colloq. lat. I, 445); **9.** Budd. p. 289 (s. a. et d.); **10.** Unschuld. Nachr. 1756, 721 (aus Amsdorf'scher Abschrift; in das Jahr 1535 gesetzt); **11.** de Wette IV, 295 (datirt 5. Sept.). — Deutsch: Walch XVII, 266. — Wir geben den Text im Ganzen nach 11, von den Varianten nur die von 8, 9 und 10 vollständig, von den übrigen nur die wichtigeren.

Gratiam et pacem in Domino. En habe tibi tandem, mi Antoni, pro tua importunitate et pertinacia meam quoque sententiam in causa regis Anglorum.

Primum, ut dixi, Lovaniensium[a] determinatio[1], praesertim in posteriori quaestione, mihi placet, et satis tuta conscientia rex eam sequi potest, imo[b] sequi debet, si tutus esse volet, et nullo modo ductam[c] reginam, fratris mortui uxorem, repudiare licebit, et incestam facere tam matrem quam filiam[2]. Esto sane, peccarit[d] ducendo fratris mortui uxorem, et Pontificis Romani dispensatio[3] non valuerit (quod nunc non disputo): tamen longe majus et atrocius peccatum fuerit, ductam repudiare, praesertim hoc nomine, ut perpetuo opprobrio tam rex quam regina et reginula[e] incesti criminentur[f] et habeantur[g]. Quare mea sententia frustra vexant conscientiam regis, qui ad repudium eum sollicitant hac tantum causa. Si peccavit ducendo, transiit hoc peccatum in praeteritum et, sicut omnia alia praeterita peccata, poenitentia emendetur[h]; sed conjugium ideo non dirimatur, et tam grande peccatum futurum permitti non debet. Quot enim sunt in mundo conjugia, quae peccando coierunt[i], et tamen dirimi non debent neque possunt?

Haec de illa una causa. Alteram[k], sive tu fingis, sive vera[l] est, quod rex quaerit haeredem regni filium, regina vero feminas tantum peperit[4] etc.[m], hanc multo[n] minus valere quis non videt? Quis regem faciet certum, vel hanc non parituram esse masculum (si aetas non obstiterit) vel alteram ducendam[o] parituram esse masculos?[p] Et tamen etiamsi[q] certum esset, alteram parituram esse masculos, adhuc non licebit priorem[r] repudiare, praesertim ut incestam et sobolem[s] pariter aeterno[t] incestus crimine insignire, scilicet[u] poena ista gravissima punire sine causa. Antequam tale repudium probarem, potius regi permitterem, alteram reginam quoque ducere sive facere[v], et exemplo patrum et regum[w] duas simul[x] uxores seu reginas habere[5].

Quod vero[y] allegant, esse contra jus divinum, ducere uxorem fratris mortui, Levit. 18, 16, respondeo primum: Si volunt[z] legem Mosi sequi et nos[a]

sub istum legislatorem trudere, id efficient, ut rex in hoc casu teneatur[b] non solum retinere reginam ductam, sed etiam si ducta non esset[c], omnibus modis ducere et fratri suo[d] semen suscitare[e], quandoquidem[f] frater demortuus[g] non reliquit liberos ex eadem uxore, ut habetur clare et expresse Deut. 25, 5. Quod si unam legem Mosi cogimur servare, eadem ratione et[h] circumcidemur[i] et totam legem servare[k] oportebit, ut Paulus arguit Galat. 5, 3. Nunc vero[l] non sumus amplius sub lege Mosi, sed subjecti legibus civilibus in talibus rebus, quemadmodum et[m] Abraham et Nahor[n] [6] ante Mosen erant, qui et ipsi ducebant uxores filias fratris sui in gradu a Mose postea prohibito, et Jacob duas sorores[7] etiam contra Mosen, qui postea eas nuptias populo suo prohibuit. Ideo lex illa Mosi[o], quae prius non erat et post[p] Christum iterum[q] desiit, ut positiva, non ligat regem, nec exigit repudium. Ligat autem ista lex Dei et juris divini, ubi conjugium statuitur perpetuum esse debere usque ad mortem, propter quam et Christus libellum repudii a Mose traditum sustulit, dicens[8]: ‚Ab initio non fuit sic'.

Relinquitur ergo, quod rex, si peccavit ducendo uxorem fratris sui[r] mortui, peccavit in legem humanam seu civilem; si autem repudiaverit, peccabit in legem mere[s] divinam. Jam pugnantibus lege Dei et lege hominum, cedere debet lex hominum, ne peccetur in legem Dei, et non debet cedere lex Dei, ne peccetur in legem hominum. Sed peccatum in legem hominum[t] vel remittatur vel dispensetur, ne cogamur peccare in legem Dei vel solvere legem Dei.

Tamen ita res habet[u] in lege divina, ut lex[v] superior tollat inferiorem. Exempli gratia: Lex divina fuit, sabbathum feriari[w]; sed tamen hanc legem sustulit alia lex divina, scilicet[x] circumcisionis, et licuit, imo oportuit in ipso sabbatho (quoties fuit octava dies a nativitate) circumcidere, ut Christus ipse disputat Johann. 7, 22. 23, et

cessit ita[y] lex sabbathi legi circumcisionis[z], peccabatur in legem sabbathi[a], seu lex sabbathi potius cedebat et tollebatur in isto casu. Imo singulis sabbathis mane et vesperi sacrificabatur[b], et peragebantur omnia opera sacerdotum in templo, et tamen sacerdotes inculpati fuerunt, ut arguit Christus Matth. 12, 5.[c] Quin et ipsa circumcisio cedebat novo mandato Dei, quo populus jussus exire de Aegypto totis annis quadraginta durante hoc novo mandato absque peccato non circumcidebatur[d 9]. Item lex divina fuit, panes propositionis[e] a solis sacerdotibus edi debere, et tamen David laicus eos[f] comedit[10] sine peccato, scilicet alia lege Dei jubente, scilicet[g] charitatis[h] erga proximum in necessitate constitutum. Et talia[i] multa sunt exempla, ubi lex divina[k] legem divinam tollit. Et quid faciunt magistratus et gladii ac legum executores occidendo, rapiendo, privando rebus nocentes, nisi quod tollunt leges has divinas: non occidas[l], non furtum facias?[m] scilicet alia lege divina jussi[n] occidere et rapere nocentesque punire, quod sine alia lege non liceret prohibente illa lege: non occidas. Quanto magis hic etiam[o] lex ista humana: ‚non ducas uxorem fratris mortui', debet huic priori et majori legi cedere: ‚vir uxorem non deserat et sint[p] duo in carne una'. Quin si etiam lex[q] esset divina[r]: non ducas uxorem fratris mortui, tamen ipsa debet cedere et tolli propter legem conjugii ut superiorem[s], sicut supra dictum est in exemplis, quam saepe lex divina[t] legem divinam sustulerit.

Sed fingamus tamen (quod tamen non est verum) legem Mosi adhuc valere et nos gentes[u] ligare, ubi dicit Levit. 18, 16: ‚Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis': quid ex hoc textu facient? Textus enim loquitur de fratre vivo, non mortuo[v]. Cum autem contraria lex Deut. 25, 5. statuat, quod frater debeat fratris mortui[w] uxorem ducere, manifestum fit[x], hunc locum de fratre vivo (qui poterat[y] vel unam vel plures forte[z] simul[a] habere) loqui,

quomodo[b] Johannes Baptista[11] ex hoc loco[c] (uti apparet) Herodem arguit, non licere ei uxorem fratris[d] Philippi, scilicet[e] viventis[f], habere. Itaque nihil effecerint[g] certi ex hoc loco doctores contrarii, etiamsi lex Mosi nos[h] gentes ligaret. Quanto minus effecerint, cum nos gentes nunc non liget.

